
LIBERTAS


BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
8
9
I
1

DE OPERIBVS CHRISTI IMITANDIS

ZACHARIÆ GIRALDI I. C. BON.

Pandectarum Interpretis.

Liber in quo exempla Domini proponuntur ad rectè informandos mores disciplinamq; Christianam retinendam. multa enim traduntur hic ad officium cuiusq; pertinentia in vtroq; foro. præsertimq; in eo differitur de Episcopis, Clericis, Iudicibus, Medicis,

Sequitur eiusdem Auctoris tractatus de regulis ad forum conscientiæ pertinentibus alphabetica serie digestus, in quo de omnibus ferè agitur ad animorum salutem spectantibus mira breuitate, opiniones tutiores, certioresq; in foro poli indicantur.

Plenius tamen agitur in eo de duello rectè improbato, de Parochis, peritiaq; personarum Ecclesiasticarum.



Initium Ego Sum Vestræ Salutis.

BONONIÆ, Apud Ioannem Baptistam Bellagambam. 1612.

Cum Consensu Superiorum.

DIVINO NVMINI, Omnium Moderatori, Conseruatori, Protectori.



RIMITIAS laborum, Bone IESV, iure tibi debeo quòd à te proficiſcantur. iure tibi offero, quòd tuæ ſint. iure dedico, conſecroq́ quòd tu ſolus es verus DEVS cui honos & gloria debetur. Quærant alij ſuos Mæcenates, tutelareſque diuos. ego te ſolum Dominum, Patronum, vindicemq́ agnoſco. qui præpotenti dextera omnia potes. qui ſumma ſapientia cuncta gubernas. eaq; foues, conſeruas adauges tua incredibili bonitate. & ſicut tuus partus eſt ſi bonus, ita eius tutela à te ſolo pendeat. Obſecro igitur quam nemo vnquam, vt non dedigneris hoc qualecunq; officium debitæ in te venerationis, velisq́ indulgere, vt in dies maiora præſtare valeam, ad tuam gloriam, Eccleſiæ propagationem, meam, proximiq́ ſalutem.

Zacharias Giraldus.

PRÆFATIO
In Opusc. de oper. CHRISTI imit.



AD LECTOREM.



CVM hominis dignitas exigat vt animi lineamentis h. e. virtutibus exornetur, qui fuit à virtutum omnium au-ctore creatus quò imaginem similitudinemq; diuinam præ se ferret ac ostentaret. Non fuerit putidum ac inanis operæ virtutum omnium Magistrum inter nos versantem ob oculos proponere, eius præclarissima ge-sta, sanctissimos mores, purissimam, innocentissimam ac integerrimam viuendi rationem ac normam (quantum licuerit tenuitati nostræ) in me-dium afferre. vt his virtutibus veluti quibusdam pharis errantes in naui huius mundi dirigamur ad felicem portum, vt huiusmodi exemplis ex auijs, deuijsque tenebrarum locis euocati velut quibusdam facibus præ-latis ad lucem veritatis perueniamus. & in summa vt his stimulis excitati veluti calcaribus indomitum ac ferocem contumacis naturæ equum in rationis obsequium ac gyrum redigamus. & denique vt his fundamentis ac regulis constantissime bonis operibus inhæreamus, firmissime insista-mus ac immoremur. Quibus ducibus innixi facile hostium impetum erumpemus. eorum conatus irritos reddemus. Obstent suo arbitratu infestissimi hostes, non præualebunt, arreptis diuinitus armis. Caro ipsa facile subigetur cum ratione pugnare, non infirmæ naturę pręsidio vti ve-limus: Mundus autem vbi nos oderit, tunc magis de illo triumphum agemus, victoriamq; præripiemus. nos oderit vbi eius fastum pompamq; insuper habuerimus. neglectisque ac penitus valere iussis his fluxis om-nibus expeditiores sequemur dominum. faciliùsque assequemur. De his in præsentia scribendum duxi, quę iam pridem meditatus eram & mihi ipsi solum inseruire debuisset labor susceptus. sed cum alij amici vidis-sent. non potui negare quin in publicum ederetur & haud scio an imma-turè. fateor inter alias causas quibus retrahebar hanc vnam fuisse potis-

simam,

ſmam, me non videri talem ſub cuius nomine emitteretur tantus liber. quòd laicus diuerſæque profeſſionis eſſem. Qui enim CHRISTI vitam ſcripſerunt, nedum theologiæ ſcientiam profitebantur. ſed etiam mira quadam integritate conſpicui erant qualem fuiſſe Ludolphum Carthuſianæ familiæ virum alioquin pientiſſimum, ac religionis obſeruantiſſimum, vt cæteros ſilentio prætercam, neminem latere opinor. Equidem fateor, ſi licuiſſet, ſine nomine protuliſſem libentius. Demum acquieui permiſique vt præcipitaretur editio, quòd de meo penu vix quicquam attuliſſe videar. & ſi quid excogitaui, id omne ex ſacrorum canonum ſcientia fulſi, muniuique ne obijceretur mihi, temere admotam fuiſſe falcem in alienam meſſem. Fremant igitur licet, obtrectatores, muſſitent qui aperto marte negocium faceſſere non audent. In promptu ſemper eſt tutela mea, quòd putem me rectè ſcripſiſſe cum ex fonte hauſerim, non ex riuulis quòd exiſtimē me ea tradidiſſe, ſeu potius in ordinem digeſſiſſe ac collegiſſe, quæ ſint Sacroſanctæ Catholicæ, Apoſtolicæque Eccleſiæ conſentanea auctoritate Sanctorum, aut piorum hominum probata, naturali ratione firma, bonis ac defæcatis moribus reſpondentia. Quæ omnia qualiacunque ſint, iudicio ac cenſuræ Sanctiſſimæ Matris Eccleſiæ ſubmitto.



In Operis Auctorisq; laudem.

CHRISTI opera, vt studio feruenti mira sequamur,
Regula sitq; animæ scrutandi certa latebras,
Lux Zacharias Themidis Gyraldius almæ,
Doctrina fulgens omni, candoreq; mentis,
Ceu DOMINI AVXILIVM, diuina volumina promit,

Iulius Signius.

HOc vnum sat opus fuerit mirabile, Lector,
Aemule Soteris si CHRISTI imitabere facta.

Idem.

MVlta olim Christusque tulit fecitque, doceret
Vt nos æthercam per benefacta viam:
Scilicet in præceps hominum genus ante ruebat,
Quod se aptum posset tradere nemo ducem.
Hæc tamen æterni tam clara exempla Magistri
Abdita nonnullis credita sæpe viris.
Sensit, & explicuit mira ratione Gyraldus
Inclyta cœlestis facta magisterij.
I nunc, & tenebras, homo, iam caussato; petendi
Atque poli dubias quærito adesse vias.
Quisquis adhuc dubitat cæcisque ambagibus hæret,
Ne speret tenebris lucidiora suis.

Adm. R. P. D. Iac. Grass. S. I.

Ἐπίγραμμα.

L ibrum vnum, vt fieres doctissimus, esse legendum;
Protulit Angelici vox celebrata viri.
Dicta mihi, fateor, fuerant abscondita pridem;
Vanaq; tam sancti vox mihi visa viri est.
Zachariæ vt vidi librum, dictum assequor; inquam.
Vnum hunc si voluit, vox ea vera fuit.

Δίστιχον.

Q Væ docet iste liber, sunt quæ docuere Magistri
Quicunque ad superos edocuere viam.

Adm. R. P. D. Ant. Cat. S. I.

C Aeca regens Theseus filo vestigia fertur
Dædalicas victor iam superasse Domos.
At stygios flexus varios loca densa tenebris
Hæc tua, quæ monstras, fallere fila docent.
Discrepat hoc solum, leni quod stamine vita
Illic pendebat; nos regit ipse DEVS.

Nicolai Gabæi.

FPIGRAMMA.

E Loquio exuperant dulci tua scripta Gyralde
Condita in hyblæis dulcia mella fauis;
Hæc vbi gustauit summis mea Musa labellis,
Dulcius effudit, quam prius, ore modos:
Tu quicunque mihi es tanti nunc causa decoris,
Viuas, viuat honos, famaque, viuat opus.

Colombani Spixij.

INDEX

Rerum præcipuarum, quę in hoc opere continentur:

Numerus folium designat. aliquando caput.



*

alias



ELEN-

ELENCHVS CAPITVM.



CAPVT

A
CAPVT PRIMVM.

In quo ponitur regula, & exornatur multis declarationibus ampliationibus.



MNIS CHRISTI actio debet esse nostra instructio *c. DEVS. Omnipotens 2. q. 1. c. exemplum 12. quæst. 1. c. vlt. 28. dist. c. quoniam, dist. 10. c. aduersitas 7. q. 1. c. 1. de sepult. c. significasti, de elect. c. solemnitates, de consecr. dist. 1. c. qui Ecclesiasticis, propè med. 36. d. glo. in extrauag. de cōcess. preb. c. 1. ver. in suis actibus. D. Bonau. in 3. sent. dist. 11. art. 1. q. 2. Marcus Mantua dialogo 21. Discipul. serm. 15. de S. Ioanne Euangelista Illustrissimus Card. Palæot. 1. p. sui Archiep. c. 4. Turzan. comm. opin. 179. probatur etiam Ioannis 13. exemplum enim dedi vobis &c. & ad Eph. 5. Imitatores estote DEI, sicut filij charissimi.*

B

C Naturale est homini alium imitari, & docilem esse. Ad imaginem & similitudinem DEI factus est homo, vt suum respiciat Prototypum, & imitetur. *fusè Ioannes Lorinus Societ. IESV in p. Ioannis c. 2. vers. 6.* Causa enim meritoria iustificationis nostræ, morte sua nobis factus est CHRISTVS: omni autem vitæ suæ genere, factus est causa nostræ iustificationis exemplaris, vt verissimè dicatur, ipsius nos iustitia iustos esse. *Card. Hosius c. 70. quòd iustitia DEI iusti sumus, to. 1.*

D Hæc eadem Sanctissima CHRISTI exempla, & Sanctorum in CHRISTO sunt optima commentaria scripturarum. *Illustriss. Card. Bellarm. lib. 2. de monach. c. 9. pag. 333. vers. At hac to. 2.* *Prima ampliatio.*

Nec tantum quo ad opera, sed etiam quo ad verba Dominum imitari debemus. Hinc D. Aug. de vera relig. ait. Tota vita CHRISTI, in terris per hominem quem gessit, disciplina morum fuit. Omnia enim bona mundi *Secunda ampliatio.*

CHRISTVS contempsit, quæ contemnenda docuit: E
& omnia mala sustinuit, quæ sustinenda præcepit: vt nec in illis quæreretur fœlicitas, nec in istis infelicitas timeretur.

Tria autem obseruantur. primum veritas vnde *Ioan.* 18. *Ego sum via veritas &c.* diligit DEVS veritatem *Psalm.* 50. *Ecce enim veritatem dilexisti*. Sicut contra odit mendacium *Psal.* ... *perdes omnes qui loquuntur mendacium*: & mendacium est inuentum diaboli, cum primos deceperit parentes dicens. *nequaquam moriemini*.

Secundum vtilitas. nūquam enim inutile verbum protulit, vt patet ex eius sermone. Vnde & natura comparatum videmus, vt sex præcedant verbum. pulmo, cor, guttur, lingua, dentes, labia. F

Tertium moderatio. etenim vt *Eccles.* 24. *Verba sapientis statera ponderabuntur*, & Psalm. *Vir linguosus non dirigetur in terra*. Ita natura nos ad id excitat, quæ os vnum ad loquendum, duas ad audiendum aures, duos ad vidēdum oculos. Item *Prouerb.* 21. *qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam*. Et CHRISTVS fuit nobis exemplum coram Herode, & Pilato, qui obmutuit, quod *Esaia* 53. prædictum erat. *Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet*. G

Prima declarat. Non ita tamen CHRISTVM volumus imitari, vt non simul eum admirari velimus. Imitamur enim eum, vt discipuli magistrum, vt serui dominū, vt homines DEVM, non perfectè, sed pro modulo nostro, vt Nazianzenus admonuit *Bellarm. lib.* 2. *c.* 16. *vers. ad secundum dico de bo. op. in partic. to.* 4. H

Et Clem. Alex. *lib.* 1. *Stromat. pag.* 3. inquit. Oportet autem dominum, quo ad eius fieri potest, imitari. facit text. *in l. Imperialis.* 23. *ibi, quantum nostræ naturæ possibile est. C. de nupt.* Id vnum monendi sumus, imitationem CHRISTI virtutum pro modo nostro esse debere, & pro gratiæ mensura, quam largiri dignatur DEVS. *Ioannes Lorinus*

A *rinus in epist. Petri c. 2. vers. 21. fusè Iacobus Aluarez de Paz Toletan. lib. 5. p. 2. c. 24. de vita spirit.*

Procedit imitatio CHRISTI in his quæ fecit CHRISTVS vt homo. *Dec in d. c. significasti, nu. 9. & c. licet deuitanda 6. nu. 8. eod. tit.* *Secunda declarat.*

Procedit in omnibus quæ pertinent ad salutem *D. Tho. 3. p. q. 40. ar. 2. ad p*[m]. *Tertia declaratio.*

Procedit nisi aliter ab Ecclesia esset ordinatum, quia quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio, ideo licet B CHRISTVS mendicauerit, non tamen licet Episcopo, vel Sacerdoti mendicare, & licet in Calice vitri communicauerit, non tamen licet nobis, & licet sub vtraq; specie communicauerit, non tamē licet nobis, quia Ecclesia contrarium ex causa statuit. *Card. cons. 220. col. 1. vers. nec obstāt argumenta, aliàs primo, de vita & hon. cleric.* vbi quod licet CHRISTVS hoc fecerit, tamen potestatem liberam Ecclesiæ tradidit. *Illustriss. Card. Tuscus concl. 223. to. 1. lit. C.* *Quarta declarat.*

Non omnis CHRISTI actio nostra est imitatio, C oportet quidem instrui in omnibus eius operibus, sed non tenemur illum sequi nisi quatenus voluit ipse nos obligare. dedit suum Corpus & Sanguinem Apostolis post cœnam, sed noluit ipse nos obligare ad sumendum sacramentum post cœnam, sed reliquit potestatē Apostolis Ecclesiæ præscribendi tempus, quod sibi videretur. ibi *Matth. 2. Hæc quotiescunque feceritis; in meam memoriam facietis.* Et quamuis in *Conc. Carthaginen. 3. can. 29.* determinetur, vt Iouis die sacro communionem reciperent fideles in meD moriam exempli CHRISTI. tamen resp. secundum August. ad Ianuarium hoc fuisse concessum secundum indulgentiam magis, quàm secundum imperium. vt condescenderent consuetudini quorundam populorum. tandem omnino hoc fuit abrogatum. *Cornel. Episc. Biton. ex Conc. laod. can. 5. & sext. synod. cap. 29. Baron. to. 1. pag. 159.* *Quinta declarat.*

Intelligitur non vt eadem semper agamus: sed vt ex sua actione spiritualem doctrinam accipiamus: sicut per mor- *Sexta declaratio.*

tuorum suscitationem non instruxit nos, quo modo debemus mortuos corporalitèr suscitare: sed quomodo à morte animæ resurgere haberemus. *Gabr. in can. lect.* 78. *in additio.* E

Septima declarat. Intelligitur quo ad mores, *c. postquam* 78. *de consecr. d.* 4. *ibi, in sanctitate virtutum CHRISTVM imitando*, non quo ad auctoritatem, ideo licet CHRISTVS elegerit sibi successorem Petrum, tamen prohibentur Episcopi eligere sibi successorem 8. *q.* 1. *c. Episcopo il primo & il secundo*, & dicam infra. F

Octaua declarat. Vt CHRISTVM redemptorem nostrum imitemur, illud in primis sciendum est, actiones nostras, quibus in virtute proficimus, duplices esse: quasdã, quas CHRISTVS per assumptam naturam gessit, vt orare, ieiunare, prædicare: alias verò quas nunquam exercuit, vt propria peccata flere, aut aliquid sciendi causa interrogare. Nec enim decuit, vt Saluator hominum vniuersas hominum actiones, illas, præcipuè, quas ex imbecillitate suscipiunt, per se ipsum expleret. In illis ita te gere, vt quotiescunq; aliquid operaris CHRISTVM IESVM coram oculis mentis habeas, & taliter actionem illam, cui incumbis, perficere studeas, qualiter cogitas eam à CHRISTO tempore suæ mortalitatis fuisse cõpletam. si oras, CHRISTI reuerentiam, & attentionem, & feruorem in orando, quantùm potueris ad te ipsum transfer. si loqueris, CHRISTI, modestiam, & veritatem in loquendo, ac vtilitatem, nec non & verborum parcitatem sequere. si corpus cibo, & potu reficis, CHRISTI abstinentiam, & sobrietatem tum in quantitate, tum in qualitate cibi & potus obserua. si aliud quid agis, CHRISTI ordinem, ac modum operandi imitari stude. G H

Bonau. in inform. nouit. p. 1 cap. 32. Sanctus Bonauentura in hunc modum huius meminit saluberrimi documenti: describe tibi in corde tuo mores, & actus CHRISTI, quàm humiliter se habuit inter homines, quàm benignus inter discipulos, quàm modestus

A ſtus in edendo,& bibendo; quàm miſericors ſuper paupe-
res,quibus ſe ſimilem fecerat per omnia,& qui de eius ſpe-
tialiter familia videbantur. Quomodo nullum ſpreuit,
vel horruit, etiam ſi erat leproſus. Quomodo diuitibus nõ
adulabatur. Quàm liber fuit à curis mundi,nec anxius pro
corporis neceſſitatibus: quàm verecundus in viſu, quàm
patiens ad contumelias, & quam mitis in reſponſis. Non
enim ſtuduit ſe vindicare verbo mordaci, & amaro, ſed
blando, & humili reſponſo alterius malitiam ſanare. Item
B quàm compoſitus in omnibus geſtis ſuis: quàm ſollicitus
de animarum ſalute, quarum amore voluit incarnari, &
mori dignatus eſt, quomodo ſe ipſum præbuit exemplum
omnis boni. Quomodo mulierum familiaria colloquia
vitauit, cauſa exempli, vnde etiam diſcipuli mirabantur,
quando ſolus cum Samaritana loquebatur, eo quòd quaſi *Io.4.*
inſolitum videbatur in ipſo.

Item quàm patiens laboris,& penurię: quàm compatiẽs
afflictioni. Quomodo condeſcendit infirmi imperfectio-
C ni:quomodo omne ſcandalum cauebat: quomodo pecca-
tores non ſpreuit:quomodo pęnitentes clementer ſuſcepit:
quàm placidus in omnibus dictis ſuis: quàm ſtudioſus ad
orationem:quàm promptus in miniſtrando ſicut ipſe dixit.
Ego in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. *Luc.22.*

Item quàm ſobrius ad vigilias: quàm obediens parenti-
bus. quomodo omnem iactantiam, & ſingularitatis oſten-
tationem declinauit: quomodo omnem gloriam,& poteſta
tem huius mundi fugit, & multa alia ipſius acta memoriæ
D tuæ propinqua ſint,vt in omnibus factis, & verbis tuis ſem-
per ad hunc quaſi exemplar reſpicias, incedens, ſtãns, ſe-
dens, & comedens, tacens & loquens, ſolus & cum alijs.
Et ex hoc magis diliges eum & familiaritatis eius gratiam,
& fiduciam aſſequeris, & in omni virtute perfectior eris.
Et hæc ſit ſapientia tua, & meditatio, & ſtudium, ſemper
aliquid de ipſo cogitare, vnde vel prouoceris ad imitãdum
eum,vel afficiaris ad eum amandum.

Aliàs

Alias verò actiones, quas CHRISTVS per se ipsum non exercuit, vt BEATAM VIRGINEM deprecari, sanctos inuocare, aut propria nostra peccata deflere, ita assumamus, qualiter ipsum dominum similes alias admisisse, aut qualiter istas, si ipsum deceret, se admissurum fuisse intelligimus. CHRISTVS enim, qui datus est nobis in doctorem vitæ atque in magistrum celestis disciplinæ, ita vitam suam temperauit, vt sanctissimis operibus suis, qualiter omnia bona opera à nobis prestanda sint, perspicuè docuerit. Et ideo formam statuum, qui dignitati eius non repugnabant, manifestè suscepit. Nam & se Prelatum exhibuit, cum discipulos suos edocebat, & familiam illam gubernabat; & se subditum præbuit, cùm matri & nutritio subdebatur, vt Lucas ait, & coram impijs Iudicibus sanctus Iudex viuorum, & mortuorum ea humilitate, & modestia, ac si esset subditus, stetit. desertum petijt, vt formam viuendi solitarijs daret, & ciuitates, ac turbas frequentauit, populosque docuit, vt prædicatores in circumspectionem orum & in zelo animarum instrueret. VIRGO fuit, & VIRGINITATIS decus pulcherrimum, vt VIRGINES edoceret: & sponsus Ecclesiæ tenerrimus, vt coniugatos in honestate, & in amore erga coniuges erudiret. Ipse Rex, qui Reges docet amare iustitiam; ipseque Pontifex summus, qui Pontifices & Episcopos ad imitationem suæ benignitatis & puritatis inducit. Eum ergo, qui se omnia omnibus fecit, facile erit ad omnia bona in magistrũ trahere, & eum in omnibus bonis actionibus imitari. *ex Iacobo Aluarez de Paz Toletano Soc. IESV de vita spirit. lib. 5. p. 2. cap. 24.*

Luc. 2.

E F G H

Nona declaratio.

Pariter desumpta ex distinctione operum CHRISTI. Actionum CHRISTI (*ait S. Bonau.*) sex esse genera, nec omnia à nobis imitanda. Primum actionis genus spectat in CHRISTO magnitudinem, & excellentiam potestatis eius; vt super aquas siccis pedibus ambulare, elemẽta conuertere, panes multiplicare, se ipsum transfigurare, &

A cętera miracula facere. Secundum actionis genus refertur ad eius sapientię lucem, vt arcana cæleſtia explicare, ſecreta cordium ſcrutari, futurum prædicere. Tertium genus arguit in CHRISTO ſeueritatem iudicij, vt vẽdentes eijcere de templo, cathedras vendentium columbas euertere, & dura increpatione ferire Pontifices. Quartum eſt dignitatis officij CHRISTI, vt Sacramentum conficere ſacratiſſimi corporis ſui, manus imponere & relaxare peccata. Quintum verò pertinet ad condeſcenſionem mi-
B ſeriæ noſtræ, vt latere in perſecutione, trepidare, & contriſtari in mortem. Patremque rogare, vt tranſiret ab eo calix. Sextum denique refertur ad inſtitutionem vitæ perfectæ, vt paupertatem, virginitatem ſequi; DEO & hominibus ſe ipſum ſubijcere, noctes in oratione peruigiles ducere, pro crucifigentibus exorare, & morti ſe ſumma charitate etiam pro inimicis offerre. Vera imitatio, qua CHRISTO ſimiles euadimus, non eſt poſita in repreſentando in nobis CHRISTVM in actionibus poteſtatis, &
C excellentiæ ſingularis: nam hoc eſſet planè diabolicum, niſi contingat id ex ſingulari aliquo DEI dono. Seuerum eſſe, & actiones ſeueritatis ac dignitatis obire eſt Prælatorum, & Principum Eccleſiæ Condeſcendere, quo ad actiones externas, infirmorum eſt. Actiones igitur, quæ ad vitam ad virtutem, & perfectionẽ informant, ſolæ ſunt, quas propoſitas habere debemus ad imitandum. *Hæc S. Bonau.*

Solus CHRISTVS eſt abſolutum vitæ Sanctiſſi-
D mæ exemplar. non autem pij exempla ſunt vitæ, niſi in CHRISTO Quod optimè declarat *(Claudius Guilliaudus in c. 15. Ioannis, his verbis.* proponit ſe CHRISTVS ſolum in exemplum *Io. 15. (ſicut & ego Patris mei præcepta ſeruaui)* proponuntur tamen etiam exempla aliorum, qui pij viri ſunt vt Paulus *1. Corinth. cap. 11. Imitatores mei eſtote*, *& ad Heb. c. 6. Vt non ſegnes efficiamini, verùm imitatores eorum, qui fide & patientia hæreditabunt promiſſiones.*


Decima declarat.

stones. Verùm hæc est differentia. Quia solus CHRI-STVS absolutum est vitæ Sanctissimæ exemplar. non autem pij exempla sunt vitæ, nisi in CHRISTO. Vnde Paulus loco producto addidit, *sicut & Ego CHRISTI*. Operæ pretium est, exẽplar, vnde vita formanda est, prorsus, & omni ex parte esse absolutum. Nusquam potest exẽplar vitæ absolutius reperiri, quàm in CHRISTO, qui purus, & innocens natus, nulli vnquam peccato abnoxius, non solum exemplo præit, & verbo docet, verũ etiam suo spiritu quæ docet, cordi imprimit, efficitq; virtute sua in nobis per fidem, vt exemplum suum sequamur, alioqui impotentissimi etiam ad quæuis minime bona essemus. Viri autem pij suo exemplo, & probata sua vita, quã à CHRISTO habent, nos ad vitæ puritatem inuitant, quam neq; largiuntur, neque suppeditant vires sequendi vestigia CHRISTI, nisi quatenus sunt ministri CHRISTI, & spiritus viuificantis dispensatores 2.*Cor.cap*.3.*&* 1.*Cor*.4. optimo igitur iure CHRISTVS se solum pro vitæ exemplo proponit. *Hactenus idem Guilliaudus*.

E F G

CAPVT SECVNDVM.

In quo exemplum CHRISTI inter alia ad virtutem excitantia, recensetur.



MNES ad virtutem excitamur aut decore Diuinæ Imaginis qua sumus insigniti, aut lumine rationis, quo ducimur, aut propter igniculos nobis natura inditos, seu semina virtutum sparsa in nobis, aut ob custodiam Angelicam, quæ semper nobis assistit, aut stimulo synderesis, quo continuè consilia haurimus, aut exemplo Domini Nostri IESV CHRISTI, qui nos dirigit ad rectum iter. H

Quid enim aliud CHRISTVS fuit? nisi liber quidam moralis: immo diuinæ philosophiæ viuens de cœlo missus:

A missus: & diuina ipsa idea virtutum humanis oculis manifesta. *vt fuse probat M. ficinus c.* 23.

Porrò tam admirabilis in CHRISTO perfectio omnium virtutum fuit, vt nec inimici eius, & capitales hostes, subornatiqué ad mẽtiendum [a] testes quicquam reperirẽt, quod in eius ignominiam, vel probabiliter confingerent: alijs verò omnibus admirationi esset. Baptista [b] clamabat: *Ecce agnus DEI.* [c] Omnis populus gaudebat in vniuersis quæ gloriosè fiebant ab eo. & [d] dicebant: *Bene omnia* B *fecit.* Diues [e] adolescens boni titulum ei tribuit. Ipse iudex Pilatus iustitiam eius commendabat. *Nihil,* [f] inquit, *inuenio causæ in hoc homine:* [a] *quid enim mali fecit?* innocens ego sum à sanguine iusti huius. Et [c] vxor eius, *Nihil tibi & iusto illi.* [d] Centurio, *verè*, inquit, *hic homo iustus erat.* Et [e] proditor, *Peccaui tradens sanguinem iustum. Ioannes Boudinius de CHRISTI clarit. & glo. c.* 11.

[a] *Matth.* 16. *Mar.* 41. [b] *Io.* 1. [c] *Luc.* 13 [d] *Mar.* 7 [e] *Mat.* 9. [f] *Luc.* 23 [a] *Matth.* 27. [c] *ibid.* [d] *Luc.* 23 [e] *Matt.* 27.

Si speciatim enumerare vellem eius præclara facinora, laudesque prosequi, prolixa admodum oratione vtendum C mihi esset, nec vnquam exitum respiceret oratio. imò nec mundus capere posset libros eorum quæ fecit IESVS vt arbitratur Ioannes *c.* 21. *in fi.*

Generatim dixero cum D. Bernardo super Cant. ser. 2. Prudentia vera in CHRISTI doctrina, iustitia in CHRISTI misericordia, temperantia in CHRISTI vita, fortitudo in eiusdem passione reperiuntur.

Et Claudam hoc caput cum eodem Bernardo. sequamur Domine te per te ad te; quia tu es via, veritas & vita: D via in exemplo, veritas in promisso, vita in præmio.

E

CAPVT TERTIVM.

In quo explicatur quid sit sequi CHRISTVM & illi esse similem & quot modis consideretur sequela & perfectio.

GERMANVM loci sensum de CHRISTO sequendo vel imitando sic Prosper expressit *lib. 2. de vita contemplat. cap. 20.* Quid est, inquit, CHRISTVM sequi nisi præstare beneficia F etiam ingratis, non retribuere secundum merita sua maleuolis, & orare pro inimicis, amare bonos, misereri peruersis, inuitare auersos, suscipere in charitate conuersos, & æquanimiter pati subdolos ac superbos? *P. Canis lib. 1. de corruptelis verbi DEI cap. 11. de bon. oper.*

CHRISTVS ipse docuit quid esset se sequi *Luc. 9. ibi. dicebat autem ad omnes: si quis vult post me venire, abneget se met ipsum, & tollat crucem suam quotidie & sequatur me.* quem locum scitè exponit Card. Tolet. sequi, in- G quit, CHRISTVM, est ipsius præcepta & doctrinam amplecti, eius virtutes imitari, etiam ad mortem pro ipso subeundam paratum esse, si opus fuerit, ratioque exegerit, deniq; abnegare se ipsum, & crucem tollere propter eum. sed quia qui sequitur CHRISTVM illi similis euadit & sic sequela est causa similitudinis. & similitudo est effectus sequelæ. operæ pretium fuerit explicare quid sit similem DEI esse. igitur similem DEI esse est habere iustitiam, habere sapientiam, & in virtute esse perfectum, H *cap. similem 36. de pœnit. d. 2.*

Est autem duplex CHRISTI sequela. vna communis, & necessaria omnibus fidelibus de qua agitur *Matth. 16. & Luc. 9.* & rursus alia quæ solis ijs consulitur, qui volunt esse perfecti, de qua agitur *Matth. 19. & Luc. 18.* ergo necesse est duplicem esse abnegationem sui, id est, obedientiam, vnam communem & necessariam omnibus, quæ

A consistit in obediendo in ijs rebus tantum, quæ sunt necessariæ ad salutem; alteram maiorem, & vniuersaliorem, quæ consistit in obediendo in omnibus rebus, etiam non necessarijs, modò peccata non sint. *Bellarm. lib. 2. c. 9. de Monach. pag. 535. vers. respondeo, hoc loco. to. 2.*

Ponitur etiam duplex perfectio adepta & adipiscenda. status Episcoporum dicitur status perfectionis adeptæ. debent enim Episcopi esse perfecti, id est, ad eum gradum charitatis peruenisse, ad quē religiosi per sua vota & exer-
B citia tendunt. status religiosorum dicitur status perfectionis adipiscendæ hinc religio definitur vt sit status hominū ad perfectionem tendentium. versantur enim in exercitatione virtutis, & remotione impedimentorum quibus medijs aspirant ad perfectionem. *D. Tho. in opusc. de perfectione vitæ spiritualis, opusc. 18. cap. 3. 4. 5. 6. Card. Bellarm. lib. 2. de monachis cap. 2.*

CAPVT QVARTVM.

C

In quo Præceptorem fuisse CHRISTVM in disciplina morum probatur.

EGREGIE *D. Tho. 3. p. q. 12. ar. 3.* inquit. CHRISTVS constitutus est à DEO caput Ecclesiæ, quin imò omnium hominum vt non solùm omnes per ipsum graciam acciperent, sed etiam vt omnes ab eo doctrinam
D veritatis reciperent. Vnde ipse dicit *Io. 18. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati.* consonant ea quę à Marsilio Ficino scientissimè afferuntur *cap. 21. de Christiana relig.* Diuina, inquit, prouidentia nullum erga filios suos institutionis genus prætermittere voluit. Est autem institutio duplex: per doctrinam videlicet: & exemplum. doctrina perfecta est: de qua iure dubitari non debet: qualis in solo DEO esse conceditur.

Misit igitur Pater DEVS ad homines præceptorem E
aliquem:qui DEVS esset: ne de doctrina eius dubitare
deceret:adde & qui esset homo:vt ipse omnia humana of-
ficia verè exequi posset : omnesque pro honesto deoque
perferre labores : quo exemplo homines perfectè instrue-
ret ad virtutem. Opera enim multo magis quam verba
mouent:in disciplina præsertim morali:cuius finis proprius
uersatur in actione. Esse illũ DEVM declarauerũt miracu
la:vt fidẽ apud dociles doctrina eius haberet:esse verò ho-
minẽ passiones humanę declarauerunt. Nullus igitur nobis F
nisi pertinaces nimiũ esse velimus: excusationi locus vide-
tur esse relictus:si doctrinã eius quasi minus veram insolen
ter respuere nitimur : diuinitas miraculaque reclamant ; si
tanquam nobis supra modum dura humanitas : laboresq;
magistri : & ducis illius ostendunt hominibus possibilia
esse quæ pertulit homo. Denique quia delictorum sum-
ma in eo consistit:quod corporalibus nimium inhæremus :
à spiritualibus suè discedimus : CHRISTVS vitæ ma-
gister per doctrinam vitamq; suam quasi gladium & ignẽ G
immisit in mundum : hoc est virtutem purgatoriam : ani-
mique purgati:vt omnes corporalium vitiorum fomites re-
secaret ad viuum: atque consumeret. Ipse quoque singu-
la vltro libenterque tulit:quæ cæteri fugiunt tanquam ma-
la: peregrinationem:inediam:sitim:nuditatem: infamiam :
contumelias:verbera:breuitatem vitæ:ignominiosam mor
tem:& acerrimam. fugit autem singula,quæ tanquam bo-
na cæteri prosequuntur : vt hac ratione nobis ostenderet :
neque mala vera esse:quæ mala vocamus : neque bona : H
quę vocamus bona : nihilque in rebus corporalibus esse :
quod vllius precij censendum sit : sed quicquid præter
DEVM est: tenuis vmbræ somnium existimandum.

Perfectum igitur instructionis genus impleuit D.N.qui docuit vtilia,breui tempore,facile,omniaq; fecit, quæ docuit vt Card. Valerius scriptum reliquit.

A

CAPVT QVINTVM.

De Doctrina CHRISTI.

1. COMMENDATIO. CHRISTI doctrina tribus nominibus inter cætera commendatur. ex facilitate quid enim faciliùs, quam non occidere & diligere 1. *Io.* 5. *Hæc est* B *charitas DEI, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non sunt.*

Secundò commendatur, quia infallibilis est. *Luc.* 21. *Cęlum & terra transibunt, verba autem mea non peribunt.* Hanc quoque confirmant miracula innumera CHRISTI, Apostolorumque virtute patrata.

Tertiò vtilitate quia hæc vna ad beatitudinis brauium perducit *Io.* 6. *Domine verba vitæ æternæ habes.*

Hinc sanctitas doctrinæ CHRISTI & efficacia inter C notas Ecclesiæ reponitur, *Bellarm. lib.* 4. *de notis Ecclesiæ, cap.* 11. *&* 12.

2. Fundamentum Doctrinæ CHRISTI. *Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines; & vos facite illis. Matth.* 7. *cap.* 1. *dist.* 1. *cap. ponderet* 50. *dist. l.* 1. *ff. quod quisque iur.*

Antonius Pius cùm audisset Christianos hoc frequẽter vti prouerbio. quod tibi fieri non vis: alteri non ne feceris: perscrutatus est CHRISTI vitam: eiq; statuam tan- D quam Deo sacrauit. *Mars. ficin. de Christiana relig. c.* 11.

Alexander Seuerus Imp. tantopere dilexit & veneratus est hoc CHRISTI documentum; vt & in palatio, & publicis operibus, illud perscribi iusserit. *Lamprid. in Alexandr. Coras. de iuris arte cap.* 24. *p. p.*

3. Religionis metus & reuerẽtia. *Non iurare omnino &c. Matt.* 5. Intelligitur ꝑ se iurare sine necessitate peccatũ esse *Io. Maldonat. in d. c.* 5 *Matth. Couarr. in c. quãuis pactũ de pact. in* 6.

in 6.p.p.§.6.num.4.Franc.Georg.to.2.de lege sect.7.de precept. secundæ tab.probl.404.pag.123.in expurg.Surd.decis.17.nu.4. faciunt quæ habentur 22.q.1.per tot. CHRISTVS nũquam iurauit. solùm enim aiebat Amen, Amen dico vobis. quod est perinde ac si diceret, vere, vere seu firmiter dico vobis *Sot.lib.8.q.1.ar.2.de iust. & iu.* E

4. Fiducia diuini auxilij. *Nolite soliciti esse in crastinum. Matth.6.* verus est sensus primo prohibetur solicitudo, quę impedit, quominus quæramus regnum DEI. secundo ea prohibetur quæ nascitur ex diffidẽtia aduersus DEVM. F tertio ea, quæ non sequitur, sed pręcedit solicitudinem Regni DEI, quod primo loco quærere debemus. *Maldonat.in d.c.6.Matth.* variæ expositiones accommodantur à *D.Tho.2.2.q.188. ar.7.ad secundum.*

5. Perfectio doctrinę CHRISTI Magister veritatis CHRISTVS in multis locis Euangelij nobis consulit contemptum diuitiarum, famæ, gloriæ ac deliciarum mundanarum & secundùm aliquos spectantem ad diuitias, per illa verba *Matth.5. (Beati pauperes spiritu)* & ad G famam & gloriam per alia *(Beati mites)* & ad delicias per illa alia *(Beati qui lugent) Nau. in comment. super cap. inter verba xi. q.3.to.3.44.coroll.num.566.in append.*

6. Charitatis erga inimicos & hostes sanctissimum, saluberrimumque documentum. *Diligite inimicos vestros*, dixit doctor ille summus humanæque auctor salutis *atque his benefacite, qui vos oderunt. Matth.5.* sed quam sanctè id præcepit tam integre præceptor optimus seruauit. Nota vox eius cum ab impijs cruci affigeretur, *ignosce*, inquit, *his pater, non enim vident quid agant.* Exemplum H sane vnicum atque omnium præstantissimum, & quod si quis rite obseruet, DEO multo similius, quàm homini sit. *Sabell.*

De dilectione inimicorum fusè tractant D.Tho.2.2.q.25. ar.8.9.Lud.Carbo peculiari tract. de pacificat. inimicor. & in summa summarum tom.3.lib.3.cap.9.10.pag.190. cum seqq.

7. Hu-

A 7. Humanitatis officium. CHRISTVS iussit salutationem fieri, patet. *Matth.* 10. *& Luc.* 10. *cùm dixit. intrantes autem in domum salutate eam dicentes: pax huic domui: & si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos.*

Obstat quia dixit discipulis suis. *neminem in via salutaueritis Luc.* 10.

Respondetur prohiberi salutationem in via tantum, B non in domo, aut vrbe. præterea fuit præceptum personale quod Apostolos solum respiciebat. & ratio erat prohibitionis ne moram interponerent dum ituri erant ad prædicandum Euangelium. *latè Abul. c. 2. Ruth. q. 7.*

De vario ritu, varijsq; modis salutandi vide obiter Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 24. & lib. 2. c. 19. Petr. Messiam p. p. sylua c. 15. Nouam Syluam var. lectio. p. 2. c. 26. Muret. lib. 10. var. lect. cap. 1. Anto. Guibert. lib. Polyhistor. cap. 3. Ant. Cont. lib. 1. disp. iur. cap. 15. Germon. de indultis Card. §. salutem pag. 29.

8. Opera bona recta intentione facienda. *Cum facis eleemosynam noli tuba canere. Et nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Matth. 6.* Quo loco per dexteram intelligit Sanctus Augustinus *tract. 6. in Epistolam Ioannis*, intentionem operandi propter vitam æternam: & intentionē operandi propter honorem temporalem, intelligit per sinistram: vt sententia Domini hæc fit, cùm facis eleemosynā, caue ne intentio fauoris humani se admisceat intentioni vitæ æternæ *Bellarm. lib. 3. cap. 13. de bo. oper. in partic. 10. 4.*

D Huc pertinet illa domini nostri sententia. *Matth. 6. nu. 22. si oculus tuus simplex fuerit, totum tuum corpus lucidū erit: si oculus tuus nequam est, totum corpus tenebrosum erit. Oculum dd. Gregorius lib. 18. moral. cap. 13. & August. lib. 4. contra Iulia. cap. 3. intentionem interpretantur.* Oculus simplex est intentio recta, corpus lucidum est opus bonum *Card. Bellarm. lib. 4. de iustificatio cap. 15. vers. tertium testimonium.*

Obi-

Obiter obſeruandæ ſunt bonorum operum hæ regulæ. E

1. Actio recta non erit, niſi recta fuerit voluntas *Senec. epiſt. 96. DEVS non ex operibus iudicat, ſed ex cogitationibus, & corde cap. qui peierare 22. q. 5. & 15. q. 6. c. 1.* Interius mentes inſpicit ipſe DEVS.

2. Cuius finis bonus eſt, ipſum quoque bonum eſt *S. Anto. 4. p. tit. 2. cap. 4. in princ. ibi prima ergo. S. Bernard. ſuper Cant. ſerm. 10.*

Vera eſt de fine rerum, & de fine actuum. non autem eſt vera de fine volentis, ſicut non eſt bonus qui vult malũ ad finem bonum contra Apoſt. *ad Rom. 3. ita explicat Sylu. u. Intentio in princ.* F

3. Actio non eſt bona, niſi omnes vndique bonitates concurrant, quia quilibet ſingularis defectus producit malum *S. Tho. 1. 2. qu. 18. art. 3. & 4. in fi. Card. Paleot de Sacri Conſiſtor. conſult. in concluſ. tot. op. m. p°.*

4. Nulla actio poteſt dici cum virtute coniuncta, niſi recta per ſe ſit, & rectè exerceatur. quod colligitur *ex Sacro Conc. Trid.* quod loquens de matrimonio ait, *rem eſſe Sanctam, & Sanctè tractandam. ſeſſ. 24. de matr. cap. 10. Card. Paleot. vbi ſupra.* G

5. Ad opus virtutis rectè faciendum, complura in operante requiruntur, quod ſciens, quod eligens, quod ad finem rectum, & quædam alia ab eo adhibeantur vt declarãt *Ariſt. 2. Ethic. c. 4. S. Tho. 1. 2. quæſt. 100. ar. 9. Egid. de Regim. Princip. lib. 5. cap. 5.*

9. Iudicium rectum non temerè, ſed conſultò habendũ. *Nolite iudicare, & non iudicabimini Matth.* 7. intelligitur de iudicio fidei, & credulitate certa argumentis & coniecturis ad illud probandum non ſufficientibus procedente *D. Tho. 2. 2. q. 60. ar. 3. vbi Caiet.* tradit, ſuſpicionem, & opinionem ex minus legitimis argumentis manantem non conſtituere mortale peccatum. *Nau. c. 2. ſi quis de penit. d. 7. nu. 12. 13.* H

Neminem temerè iudicandũ eſſe docuit CHRISTVS

Iudęo-

A Iudæorum in iudicando maliciā arguens. Venit inquit Ioan-
nes Baptiſta,neq; mādu cans panē neq; bibens vinū , & dici-
tis dęmoniū habet. Venit filius hoīs manducās & bibēs,& di-
citis,ecce homo deuorator,& bibēs vinū,amicus publicanorū
& peccatorū. Tales ſunt qui de omnib. male ſentiūt,& quic-
quid egeris,vitio vertūt. Humilē appellāt hypocritā , ſimplicē
fatuū,ieiunantē phreneticū,nō ieiunantē guloſum,delinquē-
tes corripientem,durum & aſperū, quieti ſtudentem , deſidē
& ignauū. Nullū deniq; bonū agitur , quod hi malignis per-
B uerſiſq; ſuggillationib. denigrare non contendant. *Marulus.*

Cum etiā CHRISTVS omnia nouerit,cur nefarium
Iudam ad Apoſtolatū vocauit? An,vt doceret,qđ ex vocatio
ne nō ſaluatur homo,niſi facta vocationi correſpōdeant? An,
vt poſteros doceret, qđ licet inter multos aliquis reperiatur
malus , non tamen collegium vel ſocietas tota damnari de-
bet? Vnde inoleuit adagium in defenſionem ſpiritualium col-
legiorum. Inter Apoſtolos fuit Iudas. *Latius Franciſcus*
Georg. ſect.4.to.4. de Euang. probl. 197. in expurg.

C 10. Orandi ratio. *Orantes autem nolite multum loqui, ſicut*
Ethnici Matth.6. non loquendi in orando balbutiem,& cele-
ritatem CHRISTVS reprehendit , quamuis ea etiam
merito ſit reprehendenda ; ſed ſuperuacaneam , & inanem
ſtudio affectatam verborum copiam . Nec prohibet longas
CHRISTVS orationes, qui alibi perpetuas imperauit ,
Luc.18.1. ſicut & D.Paul. 1. ad Theſ.5. 17. & ad Coloſ.4.2. neq;
loqui,cùm oramus; neq; repetitionibus vti,cùm & ipſe oran-
do locutus ſit,& ter eundem ſermonē repetiuerit *c.26. Matth.*
D *44. & Mar. 14. 39.* Sed prohibet eo animo multum loqui, vt
hominibus bene orare videamur.

Illa etiā ſententia CHRISTI *Luc.18.1 (Oportet ſēper orare,*
& nunquā deficere) nō ſignificat debere nos perpetuò , & ſine
vlla intermiſſione orare,quod ſciebat CHRISTVS à nobis
fieri nō poſſe;ſed cū ſemel aliquid à DEO poſtulauimus,nec
obtinuimus,nō debere propterea fatigari, aut fiduciā abijce-
re,iterū atq; iterum nullo definito modo idem orandum;hac

C enim

enim ratione fore, vt tandem quod petimus obtineamus. *Io.* E
*Maldon.c.6.Matth.*varias expoſitiones affert *Bellarm.lib.* 1.*de bo.oper.in part.c.9.verſ.ſexta conditio.*

Idem SALVATOR noſter ac Dominus ſicuti nos orare docuit, ita etiam ante orationem vt piè nos præparemus iubet, fidem, ſpem, charitatem exigens à nobis. fidem ibi, *omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis*. ſpem ibi, *Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum*. Charitatem ibi, *cum ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquem.Marulus.* F

Docuit modum orandi in oratione Dominica *Matth.6.*ſed non tenemur præcepto diuino ſub pęna peccati mortalis obligante orationem Dominicam ſecũdum ſeriem, & ordinem quo tradita eſt ſcire & ſecundum eundem ordinem & formam orare. ſed ſatis eſt vnicuique ſcire, quid à DEO petendum ſit. *Sylu.u.ſcientia.*§.2.

Tutius tamen eſt vt ſciatur memoriter oratio ipſa *Medina tract.6.de oratione q.*10.*Angles q.4.de orat.4.difficult.* G

11. Prælatorum doctrina tenenda.*Super Cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi,quæcunque dixerint vobis,ſeruate, & facite,ſecundum opera eorum nolite facere. Matth.* 23. Vbi nota tria. Primo, toto illo capite Dominum reprehendere vitia ſcribarum & Phariſæorum; & quia poterant infirmi ex eo colligere, non eſſe credendum Prælatis qui malè viuunt, ideo initio capitis apertè docere voluiſſe, non obſtante mala vita Prælatorum ſequendam eſſe eorum doctrinam. Secundo,nota cum Cypriano *lib.4.epiſt.9.* Nunquam Dominum, neque Apoſtolos in tota ſcriptura reprehendiſſe Pontifices & Sacerdotes Iudæorum,nominando eos Pontifices,vel Sacerdotes, ſed ſolum ſub nomine ſcribarum & Phariſæorum; ne viderentur reprehendere Cathedram & Sacerdotium & vt intelligeremus, ſemper deberi honorem Sacerdotio & Pontificatui,etiam ſi fortè perſona,quæ in cathedra ſedet, ſit minus bona. ex quo intelligimus hæreticos huius temporis, H

qui

A qui passim in Episcopos ... & præcipuè in ipsum summum Ecclesiæ Pontificem inuehuntur, nihil habere commune cum moribus Domini, & Apostolorum.

Tertio nota, quod Dominus de Cathedra Mosis dicit, intelligi à fortiori de Cathedra Petri. sic enim veteres intellexerunt, & præcipue August. *in Epist.* 165. In illum, inquit, ordinem Episcoporum, qui ducitur ab ipso Petro vsq; ad Anastasium, qui nunc eandem Cathedram sedet, etiam si quisquam traditor per illa tempora subrepsisset, nihil præiudica-

B ret Ecclesiæ, & innocentibus Christianis, quibus Dominus prouidens ait, de præpositis malis: *Quæ dicunt facite; quæ faciunt, facere nolite. Car. Bellarm. lib. 3. de verbo DEI c. 5. to. 1.*

12. Contumaciæ pęna. formam excommunicationis docuit CHRISTVS *Matth.* 18. ex quo textu tria eliciuntur ad excommunicationem necessaria .s. peccatum mortale. trina monitio & contumacia. primum ibi. *Si peccauerit in te frater tuus.* Secundum ibi: *corripe illum inter te & ipsum*

C *solum*, Ecce prima monitio. *Adhibe tecum vnum vel duos testes*, Ecce secunda monitio. *Dic Ecclesiæ*, Ecce tertia monitio, tertium ibi: *Si Ecclesiam non audierit*: Ecce contumaciā. postquam excommunicatione ligatur. *Sit tibi, inquit CHRISTVS, sicut Ethnicus & publicanus. Marta de iurisd. par. 3. c. 3. latè.*

Quod si excommunicationis sententia feratur sine trina monitione, erit iniqua iniustaque non tamen nulla *c. Romana §. sed nec de sent. excomm. in 6. cap. sacro de sent. excomm.*

D *Vitalin. in clem. eos qui nu. 91. de sepultur. Nau. cap. 27. num. 8. Marta p. 3. c. 14. num. 36. cum seqq. fuse.*

Sic etiam redditur iniusta excommunicatio, non tamen nulla quando non seruaretur forma à Sacro Conc. Trid. pręscripta *sess. 25. c. 3. de reformat.* vt debitores reali & personali actione in primis conueniantur, demum excommunicari possint in subsidium vt declarauit Sacra Congregatio.

CAPVT SEXTVM.

Omnes CHRISTI virtutes in eius passione elucent.

1. AMOR DEI. Dominus noster in Cruce pendens docuit amandũ & honorandũ DEVM. hic semper fuit eius finis & intentio vt DEO in primis satisfieret. omni derelictus fuit solatio passionis suæ tempore, nobis exemplũ relinquens patri inseruiendum suo gratis omni in certamine, pro vt generosi faciunt milites. *Firmanus probl.* 75.

2. Nõ esse tentandũ DEVM, eius voluntati acquiescẽdũ. CHRISTVS, vt declaret se sua sponte ad mortẽ vsq; Crucis humiliatũ non expectato illorũ aduentu processit aduersarijs obuiã, qui prius fuga & secessionib. suis (quas freqũẽs antea recensuit Euãgelista, quod nondum venisset hora) docuit nõ esse tentandũ DEVM: at hoc facto docet, vt nos prõptos voluntati DEI offeramus. Hęc plane imitatus est Paulus, qui *(Act. c. 9.)* in sporta demissus per murum effugit manum aduersariorum. Deinde *(Act. c. 21.)* Agabo prophetante de captiuitate eius, dixit. *Ego non solum ligari, sed & mori paratus sum pro nomine Domini IESV. Claudius Guilliaudus in c. 18. Io.*

3. Amor animę. docuit vt quantum possumus vsque studeamus, salutem animę curare: ipse enim moriens DEO animam suam commendauit. *In manus tuas Domine &c.*

4. Amor parentũ. CHRISTVS re ipsa honorãdos docet parẽtes, volẽs nos suo exẽplo vsq; ad extremũ spiritũ oẽm habere curã eorum, qui nos genuerunt. Obserua. cum & aliæ astarent mulieres, ad solam matrem oculos deflexit, & illius curam egit. *Io.* 19. dicit matri suæ, *mulier Ecce filius tuus.*

Hinc etiã tanti pręceptoris exẽplo parentes morituri filios suos adhuc impuberes sic cõmendare debẽt cognatis & amicis superstitib. nã quę mãdãtur in extrema vitę hora, altiùs & tenacius animo hęrẽt. *Claudius Guilliaudus in c. 19. Io.* erat ẽt consuetudo; qđ parentes in morte benedicebant filios, vel alios minores *Abul. c. 48. Gen.*

5. Amor

A 5. Amor proximi. docuit amandum proximũ quoniam propter nos solum & propter salutem nostram caput posuit, vitã, sanguinemq; effudit. & quod potuit gutta, voluit vnda, voluit.n.abũdantissime satisfacere vt thesaurũ infinitũ acqui reret militãti Ecclesiæ, suisq; filijs pius pater thesaurizaret. *extrau. Vnigenitus de pęnit. & remiss. latè Nau. de Iub. 12. not. p tot.*

6. Hinc si Princeps alicui gratiã faciat, pęnamq; cõdonet contemplatione Veneris Sancti, videtur omnino concedere gratiã licet supplices libelli essent subreptitij. quia non adsit B mentio doli. Ex quo enim ob venerationẽ illius diei, indulsit pęnã, apparet qđ omnino cõcessurus eã erat, etiã dolo p̃sup posito, nam apparet voluisse Principẽ imitari misericordiam CHRISTI, qui simili die peccata & scelera condonauit, tot tanta tamque nefaria, vt mille essent mortibus digna, vt igitur similitudo sit bona de misericordia Principis ad misericordiam CHRISTI, debet intelligi similitudo cũ suis qualitatibus, vt sit vniformis ęquiparatio *Crau. cons. 2. nu. 14.*

7. Correctio fraterna est necessaria et cum periculo vitæ C quando proximus est in extrema necessitate spirituali constitutus. Siquidem Dñs noster animam suã pro ouib. suis posuit. *Corduba super Sot. de ratio. teg. secr. m. 2. q. 2. concl. 6. Nau. c. 24. nu. 23.* circumscripta tamen necessitate extrema solum esset peccatũ veniale hęc opera misericordię non pręstare *Corduba vbi supra.* Peccarent tamen mortaliter etiã in non extrema necessitate hęc non pręstantes si ex negatione huiusmodi correctionis proximũ in p.m. moriturum præuiderent, dummodo graue detrimentum famę & vitæ ex pręstatione huius cor D rectionis sibi non proueniat cum hoc sit pręceptum obligãs ex charitate & etiam in graui necessitate non debemus ad ipsum cum tanto periculo astringere corrigentes, prout affirmat Soto. *Eman. Roderic. to. 2. qq. regul. q. 7. ar. 5.*

8. Oratio. Quod in Cruce positus orauerit pro Crucifixorib. hãc admirandã liberalitatẽ repręsentat Ecclª. cum die Veneris sacri orat pro oĩbus etiã Paganis & Iudęis. *Turrecr. in c. semel CHRISTVS post n. 4. vers. sextũ est de cõsecr. d. 2. pag. 133.*

Non

Non licet petere malum inimicis viatoribus, iustè infligen- E
dum propter diuinæ iustitiæ executionem. Ratio est quia adhuc est tempus miserendi, & non desperatur de peccatorũ salute, & ideo magis debemus petere misericoridã, vt conuertantur, quàm iustitiam vt puniantur, & CHRISTVS redemptor noster *Luc.* 23. pro crucifixoribus orauit, non vt punirentur, sed vt conuerterentur. *Angles in flor. theol. qq. in 4. de oratione.*

9. Mansuetudo. docuit dolores nostros tacite perferendos esse, nec alijs aperiendos; dum enim tot tormentis affli- F
ctaretur ne quidem os operuit, sed vt agnus mansuetissimus erat in manibus truculentissimorum Carnificum. Poterat in vno oculi ictu simul perdere omnes, ne quid mali ab eis pateretur, sed vltro obtulit se se, vt nos per sui corporis sacrificiũ conciliaret DEO. Irridebatur itaque & tacebat, accusabatur & nihil respõdebat, verberabatur & sustinebat, Crucifigebatur & pro Crucifigẽtibus ad Patrem orabat. Marul. in hæc etiam verba. Saluatoris Nostri, ac Domini mansuetudo maior est, quam vt verbis explicari queat. Neminem G
ad se in veritate venientem repellit, aut sine benefitio dimittit, turbas docet, paruulos suscipit, pauperes eligit, ęgrotos visitat ac sanat, proditoris osculum non refutat, vincientibus se & cædentibus non repugnat, pro Crucifixoribus suis orat. Mansuetissimus agnus ad victimam currit, maledicitur & tacet, irridetur & sustinet. Quamobrem se nobis in exemplum præbens, clamat. *discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris*, requiem in terra, requiem in Cęlo, dicente Propheta. *Mansueti hæredita-* H
bunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.

10. Recte viuendi & moriendi norma. Omnis virtutis fons atque origo D. N. IESVS CHRISTVS, vti viuendo quo modo viuere, ita moriendo quomodo mori debeamus, nos erudiuit. Mortuus est pro salute nostra, vt nec nos pro salute proximorũ mori recusemus. Pro inimicis orauit, vt & nos dimittamus, si quid habemus aduersus alterum.

Animam

A Animam Patri commendauit, ne nos quoq; discedẽtem animam DEO commendare prætermittamus, à quo illam accepimus. In alieno monumento condi voluit, ne confundamur, si non habuerimus propriam sepulturam, quocunq; loco humati fuerimus, Domini est terra & plenitudo eius. Syndone munda inuolutus est & aromatibus delibutus, vt ostenderet eos fęliciter hinc decedere, qui puritatem cordis & odoramenta virtutum secum ferrent. Die tertia resurrexit, & Cęlum ascendit, vt fidem faceret nos quoq; resurrecturos, cęlumq; ascensuros, si tales in fine inueniemur quales
B esse debere suo monstrauit exemplo. *Marul.*

11. In Sacerdotes reuerentia. Dominus Noster IESVS CHRISTVS Rex & Iudex & DEVS noster, vsq; ad Passionis diem seruauit honorem Pontificibus & Sacerdotibus quamuis illi nec timorem DEI, nec agnitionem CHRISTI, seruassent. Nam cum leprosum mundasset, dixit illi: Vade & ostende te Sacerdotibus, & offer donum: humilitatem nos CHRISTVS humilis
C docuit, Sacerdotem adhuc appellans, quem sciebat esse sacrilegum. Item subditus passioni cum alapam accepisset, & ei diceretur: sic respõdes Pontifici? Nihil ille contumeliose locutus est in personam Pontificis, sed sic magis innocentiam suam tutatus est dicens: si malé locutus sum, exprobra de malo: si autem bene quid me cædis? Quæ omnia ab eo ideo facta sunt humiliter, atq; patienter, vt nos humilitatis ac patientiæ haberemus exemplum. docuit enim Sacerdotes veros legitimè & plenè honorari, dum circa falsos Sacerdotes
D ipse talis extitit *ex cap. Dominus noster. 93 dist.*

12. Perseuerentia, alacritasq; in bonis operibus. docuit vt alacriter perseueremus, nullamq; laboris speciem subterfugiamus, bonumq; pro malo reddendum esse: ipse enim nunquam cessauit, semper durauit, constanter perstitit, nec vnquam desiuit donec vitam poneret. nec inde remoueri potuit, esto timor mortis acerbissimę ante oculos obuersaretur cuius terrore vel fortissimi prosternuntur.

CAPVT

 E

CAPVT SEPTIMVM.

De cultu Diuino, Veneratione Templorum.

1.  Eclaratio terminorum. Cultus Dei in tribus maxime consistit, in sacrificio, quo eius dominium, in laudibus, quibus eius bonitatem, in Sacramentorum administratione, quibus ab ipso salutem & redemptionem procedere confitemur *Tolet. lib.* 1. F *c.* 1. *nu.* 3.

Vita pia requirit rectum de DEO sensum, & cultum eiusdem sincerum. Rectus de DEO sensus ex articulis fidei & scriptura sacra petendus est. *Io. c.* 17. 3. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum & quem misisti IESVM CHRISTVM Psal.* 100. 3. *& Psal.* 119.

Sincerus DEI cultus hauriendus est ex illis verbi Diuini regulis & exemplis, quæ vel DEI dilectionem vel charitatem in homines declarant & illustrant *Luc.* 10. 27. G

Verus & rectus DEI cultus est priuatus vel publicus.

Priuatus internus consistit in fiducia, adoratione & gratiarum actione. de hoc in primo præcepto.

Priuatus externus cultus consistit in gestibus, & ritibus, quibus Deus colitur, de quo in secundo præcepto, vel in sermone, de quo in præcepto tertio decalogi.

Publicus DEI cultus consistit in sanctificatione Sabbathi, in cœtu publico celebrata, de quo in præcepto tertio decalogi. *ex Ioannis Althusij* 1. *c. politica c.* 7. H

2. Cum de gloria DEI agitur, opes, honores, & vita ipsa negligenda sunt. CHRISTVS excandescens eiecit oues & boues & Cathedras vendentium columbas euertit quo facto docuit, quod etiam quæcunq; bona abijcienda sunt, vbi intercedit aliquis defectus honoris DEI, vel Diuini cultus: quia (vt Origenes sentit) profanatur nedum per actum peccati: sed per indebitum rerum temporalium vsum.

Fran-

A *Franc. Georg. in expurg. sect. 4. de* CHRISTO *Patre, Doctore, & Pastore probl.* 196.

Et quum respondissent Iudęi se IESVM Nazarenum quærere, voce intrepida respondit, *Ego sum ille quem quæritis*, Hoc exemplo docet, neq; persona m CHRISTI, neque veritatem in Cruce negādam esse. *Claud. Guilliaud. in c. 2. Io.* Confessio enim fidei est necessaria ad salutem pro loco & tempore, *D. Tho. 2. 2. q. 3. ar. 2 in resol. Direct. q. 9. pag. 66.* cùm id postulat DEI honor, aut proximi salus, aut alioqui scā-

B dalum sequitur. Eman. Sà. *in Aphor. u. fides nu. 4.*

Imò vniuersè docent scriptores Catholici, cum agunt de confessione fidei, nemini licere, non modò quicquam facere, vnde iudicari possit infidelis; sed ne taciturnitate quidem ita fidem celare, vt eam ob rem infidelis à quoquā iure censeatur. *S. Thom. 2. 2. quæst. 3. art. 2.* Si autem dubius esset habitus excusaretur, *Nau. in cap. humanæ aures. 22. quæst. 5. in q. 3. num. 16. Illustrissimus Card. Palæot. de Sacri Consistor. consult. p. 4. quæst. 10. fusè distinguit Lud. Carb. in 3. p. summæ sum-*

C *marum cap. 32. pag. 78.*

3. Diuina negocia diuinis hominibus peragenda docuit CHRISTVS illis verbis. *Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis, quia in his quæ Patris mei sūt oportet me esse? Luc. 2*

4. Loca sacra frequentanda suo etiam exēplo docuit. *Et erat docens quotidie in templo. Luc. 19. in fi. Hinc Beda.* Dominus Hierusalem adueniens, continuò templum oraturus adijt, nobis dans exemplum vt quocunque properamus: domum DEI primum ingrediamur, Dominum deprecaturi.

D *Et Chrysost. in cap. 11. Matth.* Hoc erat proprium boni filij: vt ad domum curreret patris: & illi honorem redderet. Et tu imitator CHRISTI factus quum in aliquam ingressus fueris ciuitatem: primùm ad Ecclesiam curras. *Aluar. Pelag. lib. 1 cap. 61. de planctu Ecclesiæ.*

5. De Sacrorum Templorum veneratione hæc obseruanda fuerint quæ congessit, *M. Antonius Genuen. in Man. Pastorum cap. 87.*

Qua honeſtate, pietate, religione immorãdum ſit in ſacris templis plenè habetur *in c. decet de immunit. Eccleſ. in 6.* E

Prohibentur in Eccleſijs & earum cœmeterijs, choreæ, & cantilenæ *clem. 1. de celebr. miſſ.*

Prohibentur muſicæ laſciuæ, omnes actiones ſeculares, vana atque profana colloquia, deambulationes, ſtrepitus & non nulla alia *ex C. Trid. de obſeru. & vit. in celebr. miſſ.* deambulationes præſertim prohibentur tempore diuinorum officiorum *ex Bulla Pij V. Cùm primùm.*

Prohibentur quæſtus eleemoſynarum dum miſſæ celebrantur, conciones habentur, aliaque diuina officia fiunt. cõceditur tamen pauperibus vt Eleemoſynam petant in valuis Eccleſiæ. *ex d. Bulla Pij V.* F

Conuiuia in Eccleſijs non poſſunt fieri nec per clericos, nec per laicos, niſi in neceſſitate etiam ſi Eccleſia non eſſet conſecrata. immo etiam in Oratorijs prohibentur *c. non oportet & c. ſeq. & ſi. 42. diſt.*

Suppellectilia aliorum in Eccleſijs conſeruari non debent niſi vrgeat neceſſitas incendij, inimicorum, aut ſimilis *c. 2. de Cuſt. Euch.* G

Per Eccleſiam non debent deferri comeſtibilia, & aliæ res de vna porta ad aliam tranſeundo, quia Dominus non ſinebat, vt vas transferretur per templum *d. c. 2.*

Mundicia valde ſeruanda eſt in Eccleſijs, Oratorijs, vaſis, corporalibus, veſtimentis, ita vt Eccleſia reſplendeat, cùm nimis videatur abſurdum in ſacris ſordes negligere, quę dedecerent etiam in profanis, *c. pulchra d. 86. d. c. 2. & d. clem. 1. de celebr. miſſ.* H

Celebrare miſſam cum veſtibus notabiliter immundis eſſet p. m. & magna irreuerentia fieret Sacramento mundiſſimo, *Tolet. lib. 2. c. 2.*

Eccleſia non poteſt in arcem vel caſtellum redigi *c. ſanctorum x. q. 1.* niſi quando ageretur de publica vtilitate, & id fieret auctoritate Epiſcopi *doct. in c. cum Eccleſia de immunit. Ec cl. M. Ant. c. 42. num. 14. prax.*

Ludi

A Ludi Theatrales in Ecclesijs prohibentur. *c. cum decorem de vita & hon. cleric.* sed repræsentationes martyrum de licẽtia Episcopi, dum modo prius bene reuideantur, fieri possunt *gl. in d.c. cum decorem*.

Omnia debent prohiberi quæ turbant diuinum officium, & sunt contra decorem & reuerentiam Ecclesiarum, *d. cap. decet.* vnde debent prohiberi fenestræ domorum secularium per quas introspicitur in Ecclesias. possunt prohiberi meretrices habitantes prope Ecclesiam, malleatores, fabri *gl. in cap.*
B *pridem 18.q.2. Fel. in c. fi. de iud. nu. 5. Franc. Marc. decis. 634. 635. p.p.* & sic de alijs artificibus, quorum ars inducit fetorem in Ecclesia, vt conficientium candelas & similium arbitrio Episcopi.

Hinc est vt insignia familiarum in Ecclesijs non conueniant, *vt probat Illustriss. Card. Palaeot. lib. 2. de sacr. & prof. imag. c. 48.*

Crypticas etiam picturas parum hodie cuilibet loco congruere, Ecclesijs autem nullo modo, *probat Card. Palaeot. lib.*
C *2. de sacr. & prof. imag. c. 41.* sunt autem Crypticæ picturæ formæ hominum, aut bestiarum, aut aliarum rerum, quę nunquam extiterunt, nec possunt tales esse, qualis pictura finxit, vt sunt mera pictorum commenta, mera phantasmata, meræ nugæ. *Ita Palaeot. c. 37. vbi sup. lib. 2.*

Laici non debent ingredi presbyterium, quando missa celebratur *c. sacerdotum de consecr. dist. 2.*

6. Festiuitates Sanctorum multis causis celebrantur. pręsertim propter exemplum nostræ imitationis. *Turrecr. in cap.*
D *pronunciandum, num. 14. de consecr. dist. 3. pag. 191. Hinc Aug. contra faust. lib. 20. c. 21.* ait. Populus autem Christianus memorias martyrum religiosa solemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuuetur: ita tamen, vt nulli Martyrum, sed ipsi DEO martyrum sacrificemus, quamuis in memoriam martyrum constituamus altaria. Quis enim Antistitũ in locis Sanctorum Corporũ assistens altari, aliquando dixit:

Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? sed quod offertur, offertur DEO, qui martyres coronauit, apud memorias eorũ quos coronauit, vt ex ipsorũ locorum admonitione maior effectus exurgat: *refert Baro. anno Christi 58. pag. 560* B

7. Solemnitates Ecclesiarum, dedicationũ & Sacerdotũ, per singulos annos solenniter sunt celebrandæ: ipso Domino exemplũ dante, qui ad festum dedicationis Templi, omnibus id faciendi dans formã, cum reliquis populis eandem festiuitatẽ celebraturus venit: sicut scriptum est: *facta sunt encænia in Hierosolymis, & hyems erat: & ambulabat IESVS in tẽplo in porticu Salomonis. c. solẽnitates il secũdo de cõsecr. dist. 1. c. 10. Io.* E

DEVS ipse exemplum dedicationis dedisse videtur, cùm expleto opere suo, in signum lætitiæ diem septimum benedixit, & sanctificauit, & nihil operando festum diem egit, *Bellarm. lib. 3 c. 5, de Cultu Sanctorum.*

8. De Cantu in officio diuino adhiberi solito. Cantum in officio diuino adhiberi rectè, probatur ex consuetudine Ecclesiæ & exemplis Sanctorum quorum multa cõgerit, *Didac. Spino in speculo testam. gl. 3 princ. num. 65. cum seqq. Roderic. q. 40. art. 1. to. 1. quest. regul.* Quinimò CHRISTVS hoc idem approbauit; nam cùm obuiam illi venirent turbę & magnis vocibus canerent: *Benedictus qui venit in nomine Domini, hosanna in excelsis.* neq; verò tantum eas prohibuit, sed etiam Phariseos & scribas volentes prohibere compescuit. Habemus preterea exemplum ipsius Domini, & discipulorum ęius. siquidem post cænam *(vt Matth. refert cap. 26.) Hymno dicto exierunt in Montem Oliueti.* Non enim simpliciter pronuntiatum, sed verè proprieque cantatum Hymnum illum fuisse à CHRISTO & Apostolis, indicat *Conciliũ Toletanum 4. c. 12.* vt colligitur ex ipsa greca voce ὑμνήσαντες, & ex August. qui explicans titulũ, *Ps. 72.* scribit, ita propriũ esse hymnorũ, vt nisi canãtur, hymni vocari nõ possint. Et in *Epist. 119. c. 18.* ad hunc locũ aspiciens dicit, de canendis hymnis nos habere SALVATORIS & Apostolor. exẽplum. *c. de canẽdis 18. de cõsecr. dist. 1. Bellar. li. 1. c. 16. de bo. oper. in par. to. 4.* G H

9. De

A 9. De cultu sacrarum reliquiarum. dicendũ est tam Domini, quam Pauli Apostoli exemplo & auctoritate, cultũ sacrarum reliquiarum in Ecclesia institutum, stabilitum, eundemq; ab Euangelistis scriptis testatum, atq; miraculis comprobatum: vt nõ sit qui iure calumniam facere possit, si exemplo hæmorrhoissæ, & aliorũ, qui *(quod ait Marcus 6.)* tangentes eandem Domini fimbriam sanabantur, atque Ephesiorum credentium, CHRISTI, Pauli, ac cæterorum Sanctorum quisq; fidelium reliquias petat, vt ex illis hauriat il-
B lam gratiam, quam illi olim sunt fide præuia consecuti. Dicant Hagiomachi (si qua tamen in eis vmbra saltem Euangelicæ veritatis reliqua sit) si eadem ipsa CHRISTI vestimenti fimbria extaret hodie, siq; illa ipsa Pauli sudaria & semicinctia haberentur, atq; ob ipsorum oculos ponerentur: quid quæso, facturi essent? auersarentur ne? si eo temeritatis & procaciç peruenissent vt execrarentur, certe non aliorum quã malorũ dçmonũ se participes esse significarẽt, eorũdeq; se cõsortes esse profiterẽtur, qui eadẽ sudaria Pauli ac semicin-
C ctia exhorrescẽtes potius quã illa pati sustinentes, ab obsessis diu corporib. fugiebãt, &c. *Baro. anno 55. CHRISTI pag. 426. cũ seq. to. 1. Hoc idem docuerat Polydor. Virgil. li. 8. c. 1. de inuẽt. rer.*

10. De vsu lãpadarũ, luminũ in Eccl^a. plura habet, *Baron. anno CHRISTI 58. pag. 548. cum seq. Hier. ep. 53. de his Polyd. Virgil. lib. 5. c. 1. de inuent. rer.* in hæc verba. At vsus pensilium lychnorum siue vt Seruio placet, lychinorum, h. e. lucernarũ, vel lampadum, quas vocant, à lucernis venisse videtur, quas Moses in tabernaculo accensas seruari instituerat.

D

De Miraculis. Cap. VIII.

MIRACVLA sunt ex omni parte perfecta; nũquã. n. CHRISTVS aliquẽ sanauit, quẽ nõ in totũ liberauerit ab infirmitatib. mẽtis & corporis, vt dicit *D. Aug. in q. sũt plures. & ibi T. ut recr. de pçn. d. 3.* vr *D. Tho. in 3. p. q. 44. ar. 3. in solut. ad 2^m.* vbi dicit miracula fieri subito, in instãti, & pfecte, & illũ cçcũ, de quo hẽtur *Mar. 8.* nõ

rece-

recepisse statim visum, propter eius in fidelitatem, *secundum Chrysost. vel secundum Bedam,* quem CHRISTVS vno verbo totum simul curare poterat, paulatim curauit, vt magnitudinem humanæ cæcitatis ostenderet, quæ vix, & quasi per gradus ad lucem redit. facit *tex. in. c. maiores. §. vbi adhuc. de bapt°. Genuen. c. 60. in praxi.* E

Dicit Chrysost. spuit quidem & manus imponit cæco, volens ostendere, quòd verbum diuinum operationi adiunctum miracula perficit. latè alia mysteria referat *D. Tho. 3. p. q. 44. ar. 3. ad 2. & 3.* F

CHRISTVS volens præbere vinum nuptijs, iussit impleri hydrias aqua vt innueret, quod ipse naturæ author medijs vel causis naturæ semper vtitur: quousq; natura ipsi suffragatur. Hinc & ad informandos oculos cæci nati accepit puluerem conficiens lutum: ex quo & totum primum corpus humanum confectum est. sic & in cibo & potu diu°. nobis præbendo accepit panem & vinum. Vnde docemur non esse quærenda miracula, vbi natura suffragari potest: quia id est abuti diuina virtute: & curiositati vel gloriæ vanæ cedere: quæ miracula absq; neccessitate appetit. *Franc. Georg. sect. 4. de CHRISTO patre, doct. & Pastore probl. 213. in expurg.* G

Ex verbis in nuptijs, *Io. 2. Quid mihi & tibi est mulier.* docuit CHRISTVS miraculorum patrandorum authoritatem non ab humanis affectibus, neque à matre quidem, sed à diuina virtute pendere, solique DEO adscribendam esse. *P. Canis. lib. 4. de MARIA DEIPARA VIRG. cap. 21. 24.*

De Religiosa vita. Cap. IX. H

SERVIRE DEO regnare est. *D. Ambros.* Tria enim sunt viuendi genera, Ciuile, contemplatiuum, Religiosum. In ciuili prudentia. In secundo doctrina. In tertio quasi fastigio quodam Vitæ totius, præter duo illa etiam sanctitatem exigimus *Cæl. Rhodig. lib. 14. lect. antiq. c. 23.*

Opti-

A Optimum itaque religionis consiliū quod CHRISTVS dedit *S. Tho. 2.2. q. 189. ar. 10.*

Quod Dominus in templo parentes duriùs videatur allocutus, dicens: *An nesciebatis quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse.* Elucet singularis CHRISTI sapientia, qui quod suis parentibus quamlibet innocentibus culpare videtur, id aliorum parentum dixit fecitque gratia, qui nempe liberorum deprauatores potius, quam progenitores possunt haberi, quando illorum salutem & piam institutionem
B vix vnquam cordi habent, & quod peius est, haud raro DEI spiritum in illorum extinguunt animis, & ad perfectioris vitæ studium aspirantes pueros à melioribus reuocant institutis. Neque solum parentes, sed & filij hoc pręclaro CHRISTI exemplo atque responso admonentur, nulla esse sanguinis, necessitudinis, vel propinquitatis tàm arcta, firmaq; vincula, quæ per rumpi non debeant, cùm ad meliora vocat DEVS, & æternæ salutis ratio sic flagitat. Tunc enim locum habet plane, quod grauiter Hieronymus dixit: licet
C paruulus ex collo pendeat nepos, licet sparso crine & scissis vestibus vbera, quibus te nutrierat mater ostendat, licet in limine pater iaceat: per calcatum perge patrem, siccis oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus est, in hac re esse crudelem] sed & omnium credentium animi hoc CHRISTI dicto & facto excitantur, vt sicut indicauimus, corporalis affinitatis affectum, & quemlibet respectum, vt loquuntur, humanum nunquam tanti faciant, vt desint diuinæ vocationi & obedientiæ, vtque animi sui conscientiam lædant.
D Pereant ergo facultates, in obliuionem veniat patria, irascantur affines, tumultuentur amici, ac vniuersus contra nos mūdus conspiret ac frendeat, tantum ne offendatur DEVS, non fidei synceritas vitietur, animęue salus in discrimen adducatur. *P. Canis lib. 4. cap. 18. de MARIA DEIPARA VIRGINE.*

CHRISTVS religiosam vitam docuit suosque Apostolos disciplinatioris vitæ methodo informauit. De obedien-

dientia non est multis immorandum verbis, cum CHRISTVS venerit facere voluntatem non suam; sed patris, *Io. 5. & 6. descendi de Cælo non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me patris, & Philippen. 2.* ad mortem vsque hanc seruasse legitur. Quod hanc Apostoli indefesso tenuerint animo, vel ex eo liquet quod ad mortem vsque CHRISTVM sequuti sint, quib. dixerat *Marci* 8. *Luc.* 17. *Qui vult venire post me, abneget se met ipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.* Abnegare se, nihil est aliud quàm vale dicere suo iudicio, & suis affectibus, & accommodare se alterius iudicio & voluntati. *D. Tho. opusc.* 18. *c.* 10. *Bellarm. lib.* 2. *cap.* 9. *de monachis.* E F

De castitatis virtute, quid dubitandum? Cum Dominus illibatam casti corporis continentiam semper zelauerit, & consilium dederit sequentibus se, inquiens, *qui potest capere capiat. Matth.* 19. & 1. *Cor.* 7. *vellem omnes esse sicut me ipsum.* ex quibus concludere videtur *D. Aug. de oper. monach. c.* 23. Beatum Paulum votum castitatis emisisse, sicut & Beata ac Gloriosa VIRGO MARIA, *teste Aug. lib. de Sancta Virginitate c.* 4. & *lib. de opere monach. c.* 32. *necnon Bernard. serm.* 3. *super Missus est.* G

De paupertatis professione, nihil est manifestius CHRISTO, qui plenissimè mundum, & omnia quæ mundi sunt, habuit contemptui, *Luc.* 2. *Matth.* 8. de Apostolis dicitur *Luc.* 14. *Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus. & Matth* 19. *si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ possides, &c. & Act.* 5. *omnia ante pedes Apostolorum offerebant,* quin & Beatus Aug. *lib.* 7 *de ciuit. cap.* 4. & *de Eccles. dogm. cap.* 71. dicit Apostolos paupertatem fuisse professos. *Matthias felisius in Decalogum. Viuald. in suppl. c.* 14. *nu.* 80. 81. 82. *Henriq. lib.* 2. *de bapt. cap.* 32. *circa finem & lib.* 2. *cap.* 5. *de imped. matr. num.* 2. *Carolus Tapia,* 1. *c. in Auth. ingressi C. de Sacros. Eccl. u. monasteria nu.* 11. 12. 13. *cum seqq. c.* 1. H

Mendicitas fratrum minorum, & prædicatorum est meritoria duobus concurrentibus. primo quòd ipsi fratres paucis

A sint contenti, & velint aliquo carere, & pati penuriam. & nolint habere certum victum suum & vestitum ordinarium & indifferenter & quod quando carent non murmurent. secunda conditio, quæ requiritur ad licitè viuendum de mendicitate, vel eleemosynis est, quòd tales mendicantes recompensent aliquo modo in spiritualibus. Quod probatur nam omnes Doct. super illud Apostoli, 2. *ad Thes.* 3. *qui non laborat, non manducet*. tenent illicitam esse mendicitatem existentibus corpore sanis potentibus laborare, nisi in spiritualibus re-
B compensent vtpote in sermonibus, in officio diuino, orationibus, & in vita religiosa; approbatur enim mendicitas, non vt mendicantes otio vacantes, sed vt melioribus exercitijs debitè occupentur, vt optimè ait, *D. Tho.* 2. 2. *q.* 188. *ar.* 3. *&* 4. *&* 5. *fusè Roderic. (ex quo hac mutuatus fui) to.* 3. *qq. regul. art.* 2. *quæst.* 3.

De iniurijs in DEVM vindicandis. Cap. X.

C

CHRISTVS eiecit de templo ementes, & vendentes, *Ioann.* 2. vt nobis ostenderet nullo modo ferendos esse, qui Augustissimæ domui DEI iniurij essent, *fusè in capit. & hoc* 9. 16. *quæst.* 7.

Et cum tentaretur à Dæmone CHRISTVS vt eum adoraret; eiecit, à se repulit docens suo exemplo
D iniurias in DEVM impiè illatas nullo modo esse tolerandas. proinde dicebat Diu. Ioann. Chrysostomus. hic datur nobis exemplum vt proprias iniurias toleremus. DEI autem iniurias non debemus audire; *Nauar. in commentar. capit. inter verba.* 11. *quæstio.* 3. 2. *conclusion. num.* 17. *tom.* 1. *Diu. Thom.* 3. *part. quæstio.* 41. *articul.* 4. *ad* 6. *Syluest. u. patientia. capit. si is, qui* 23. *quæstio. quarta, vbi dicitur, quæ in nos committuntur facilè debemus*

E *dimit-*

dimittere, quæ verò committuntur in Deum, cum magna discretione, nec sine pęnitentia debent relaxari. huc pertinent quæ passim habentur *cap. non ne benedicimus de præsumpt. cap. Episcopum 45. dist. c. quod CHRISTVS 23. q. 4. cum alijs per Lancellot. lib. 1. regul. pag. 43. adductis. Petr. Greg. lib. 38. cap. 7. num. 16. syntagm.* E

Hinc qui blasphemantem audit, & si correctionem non speret, tenetur acerrimè corrigere, vbi potest absque periculo adimplere, *Conc. Later. sess. 9. ad abolendam. Nau. cap. 12. num. 83. Crass. lib. 2. decis. cap. 19. nu. 16. & qui* non defert blasphemantem, est puniendus *c. si quis per capillum 22. quæst. 1. in med.* F

Omnesque tenentur ad denunciandum *fusè Genuen. cap. 23. prax.* Et omnes quicunque sint siue infamis, seruus, cuiuscunque conditionis prohibitæ accusare de crimine publico, admittuntur in fidei fauorem. *c. in fidei fauorem de hęret. in 6. Royas nu. 434.*

Vsque adeo vt etiam filius teneatur parentes in DEVM impios denunciare *Paul. Comit. lib. 4. respons. moral. q. 8.* præsertim in duobus casibus quando crimen patris in perniciem publicam tenderet: quando etiam interrogatur à Iudice *Alphons. Tostat. Simanc. tit. 29. num. 44.* in subsidium tamen cogi potest filius in hac spetie ad dicendū testimonium adu. parentes. *M. Ant. Genuen. c. 23. nu. 9.* G

De contemnendis proprijs iniurijs. Cap. XI. H

MAGNANIMI est iniurias insuper habere propriaque Principis virtus est veniæ facilitas, contumeliarum obliuio. Si enim id ex leuitate processerit, contemnendum est: si ex insania, miseratione dignissimum: si ab iniuria, remittendum *l. vn. C. si quis Imper. maled.* sed cum exempla abundè adsint vel

Prin-

A Principum virorum, omnibusq; in promptu reperiantur ob-
uia, solius summi Monarchæ, qui est idea virtutum omnium,
exemplum proponam. Inquit enim Tritemius, quisquis
exemplo regis celorum patientiam, & humilitatem non am-
plectitur, nullius imitatione hominis ad mansuetudinem re-
uocatur. Quis enim non commoueatur ad lenitatem, & cle-
mentiam, dum videt filium DEI, per quem pater fecit
omnia, Regem Regum, dominum dominantium, qui non fe-
cit peccatum in cuius ore non est inuentus dolus, colaphis
B cęsum, sputis fędatum, contumelijs derisum, verberibus con-
tusum, Cruci affixum ab ijs, ad quos seruandos venerat, quos
summis beneficijs affecerat, tāquam agnum coram tonden-
te tacentem, & pro Cruci affigentibus orantem? qui in tota
sua vita, charitatis opera perfecit, charitatem docuit. hanc
vnam virtutum maximam commendauit & quo magis ad
exitum vitæ properaret, hoc clarius edidit euidētissima huius
virtutis documenta. Hæc est, inquit Gerson, victoria Chri-
stiana, iniurias & iras non iniurijs, & ira; sed mansuetudine, &
C misericordia vincere, & imitari eum, qui etiam in Cruce posi-
tus dixit, *Pater, ignosce illis.* sic B. Martinus cùm à multis vr-
geretur, vt Britium sibi contumeliosum abijceret inquit: *Si
CHRISTVS Iudam, Martinus cur Britium non tolerabit?*
D. N. nobis maxima & grauissima peccata, quæ quotidie cō-
mittimus, dimittit, & nos leuissimas fratrum nostrorum iniu-
rias ferre non possumus?

Neque verò apices honoris nos angant vt iniurias illatas
vlciscamur, quod est Ethnicorum sed si quid fiat, pro defen-
D sione solum necessaria famæ bonitatis fiat. quæ inæstimabilis
dicitur *Nau c.17. nu.91. in fi.*

Honor enim solum modo qui respicit DEI gloriā, aut
proximi salutem uerè honor est *D.Tho. 2.2. q.131. ar.1. Ludou.
Carbo. c.22. de patif. inimic.*

Quare legendus erit cautè *Nau. c.15. nu.* 34. & qui eum se-
quuntur. *quādoq; enim bonus dormitat Homerus.*

Hinc non erit ignauus ille censendus qui impetum furen-

tis declinat fuga: quicquid sentiant nostrates *in l. vt vim. ff. de iust. & iur.* nec eius existimatio minuetur apud bonos grauesque viros. E

Verùm augetur eius dignitas, quod CHRISTI vestigia sequatur. qui sæpè impetitus delituit. qui audita cæde Ioannis secessit. *Matth.* 14. seq; occultauit. Et idem docuit. *Si vos persecuti fuerint in vna Ciuitate, fugite in aliam.* quod alibi fusius tradidi. Proinde D August. inter 12. seculi abusiones reponit contentiosum Christianum, quod à rixis & contentionibus Christiani veræ fidei, ac religionis sectatores debeant esse quàm alienissimi. si CHRISTVM suum ducem ac Magistrum velint, vt par est, imitari. F

De Hæreticis vitandis. *Cap. XII.*



NON sinebat D. N. loqui dæmones exemplum nobis relinquens ne permittamus hæreticis conciones, etiam illas in quibus verum dicant: Et ne legamus eorum libros etiam illos in quibus falsa non dicunt, quia auctoritatem dabimus, vnde etiam deinde eorum mendacia credantur. & sic hæretici loquentes ex hoc exemplo non sunt audiendi ne quis dum prędicantem audit, sequatur errantem. nam Impia sub dulci melle venena latēt. *Simanca tit.* 38. *de libris num.* 18. Quare non sineret loqui dæmones *D. Tho.* 3. *q.* 44. *ar.* 1. *ad* 3. G

Meritò præscribitur regula: non esse ea scripta retinenda, quorum damnantur authores. *cap. fraternitatis, de hæretic. distinct.* 16. *c. canones.* & 3. *quæst.* 4. *cap. nullus, Lancell. lib.* 1. *reg. pag.* 66. H

Nec modò sententiæ, sed etiam voces hæreticorum in Concilijs generalibus semper exhibilatæ fuerunt ab Orthodoxis. *Maioranus in Clypeo milit. Eccl. lib.* 2. *c.* 16.

Nec adducenda est auctoritas hæreticorum, qui enim

allegat

A allegat auctoritatem, & opera hæretici est suspectus & iudicandus fautor etiam si opera illa essent vtilia *Gemin. conf. 93. num. 11. verf. caueant enim Card. Tusc. concl. 96. num. 3. tom. 4. lit. H.*

Neq; etiam cum hæreticis disputare fas est. nisi magnam Catholici de vera religione propaganda spem habuerint. *Latè probat Ludou. Maioran. in Clypeo milit. Eccles. seu de vero DEI cultu lib. 2. c. 13. qua in re egregiè distinguit D. Tho. 2. 2. quæst. 10. ar. 7. quem passim sequuntur alij. Simanca tit. 20. Ar-*
B *nald. Albert. q. 13. de agnosc. assert. cath. & heret. Ludou. Carbo. to. 3. lib. 1. c. 50. summæ summarum.*

De bonis operibus in communi. Cap. XIII.

1. ANIMVS rectus placet DEO. & licet leuia sint munera, ex affectu metienda sunt. Hinc CHRISTVS duo æra paupercul ę prętulit ingẽtibus munerib. *Marci 12. Luc. 12. c. odi & proiecti*
C *24. q. 1.* quia Dominus non ea quæ offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium. *Tiraquell. c. 29. de nobilit. nu. 50.*

DEVS enim est remunerator aduerbiorum. i. attendit corda hominum, an bene vel male opus aliquod agant, non nominum, h. e. nõ attendit bonum quod fit *c. non satis 86. dist. gl. 2. in c. 1. de colluf. deteg.* quæ dicit, quòd DEVS cor interrogat non manum dantis *14. q. 5. c. si quidem. alibi gl. in c. sicut enim 32. q. 5. dixit voluntatis forma monstrat opus 12. q. 2. cap. hoc ius. Paul. de Citad. in tract. de iure patr. p. 3. nu. 53. Interius*
D *mentes inspicit ipse DEVS. Mart.*

2. CHRISTVS cæpit facere deinde docere *c. 23. Matth. & cap. 1. in princ. Act. Apost. 2. ad Hebr. cap. 9. D. Tho. 3. p. quæst. 81. art. 1. si ipsi filij eius sumus, quæ ipse fecit imitari debemus c. Dominus in fi. 56. dist. ex Io. c. fi.* hinc docentur, monenturque Prælati potissimùm, vt cum alios instruere debeant, bonis operibus præluceant. *Luceat lux vestra coram hominibus Matth. 5.*

3. Licitum est operari bona intuitu mercedis æternæ E.
Conc. Trid. sess. 6. cap. 11. & can. 31. Card. Bellarm. lib. 5. c. 8. & seqq. de iustificat. to. 4. sic accipienda est propositio. nos non dicimus, in bonis operibus solam, aut præcipuè spectandam esse mercedem, sed DEVM, eiusque gloriam, tanquam vltimum finem, mercedem autem, vt finem secũdarium, qui propter DEVM, eiusque gloriam expetatur. Cupimus enim DEVM videre, atque ex ea visione felices effici, vt tanto ardentiùs & securius Dominum diligamus. *Bellarm. vbi supra cap. 9. ad primum.* Sic Magistrum nostrum, singulare, viuificum, & prorsus admirandum omnium virtutum exemplar labores Crucis propter spem premij æterni magnanimiter perpessum fuisse, Paulus asseuerat dicens. *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in autorem fidei & consumatorem IESVM, qui pro proposito sibi gaudio sustinuit crucem omni confusione contempta. ad Hebr. 12. ex Andrea Vega lib. 11. in 11. c. de iustific cap. 40.* F

4. Nihil ad ostentationem faciendum. Quod Dominus noster aliquando montem peteret ac solitudinem, docuit fauorem humanum vitare. Vnde super illud *Matth. 5.* videns IESVS turbas ascendit in montem. Dicit Chrisos. per hoc quod non in ciuitate & foro, sed in monte & solitudine sedit: erudiuit nos nihil ad ostentationem facere: & à tumultibus abscedere & maximè cum de necessarijs disputare oporteat. *D. Tho. 3. p. q. 40. ar. 1. ad 3. repetit Card. Turrecr. in qq. Euang.* G

5. Scandalum esse contemnendum quando oritur ex malitia; & propterea à bonis operibus non esse desistendum docuit CHRISTVS suo exemplo, cui cùm diceretur: *scis quod Pharisæi scandalizati sunt audito hoc verbo:* ait *omnis plantatio quam non plantauit pater meus cælestis eradicabitur: sinite eos cæci sunt & duces cæcorum. Matth. 15. cap. inter verba 11. q. 3. & Paul. 1. Cor. 1. inquit verba sua Iudæis esse scandalũ, gẽtib. stultitiã, electis salutẽ. refert Decian. cõs. 8. nu. 52. 53. vol. 1.* H

Tunc autem scandalum vitandum est quando sine peccato vitari potest, *Paris. lib. 5. de resignat. benef. q. 3. nu. 175.*

A Dicitur oriri ſcandalum ex malicia: dum quis non propter naturæ infirmitatem: nec quia ignorat, quod agit eſſe malũ, ſed tanquam filius tenebrarum odiens opera lucis, concitatur, vel potius ſe ipſum concitat, ex hoc quod videt bona fieri ad facienda mala. *Hæc Adria. in quodlib. q. 1. art. 2. Nau. ad c. cum contingat de reſcr. rem. 2 nu 22. to. 3.*

6. Perſeuerantia in bonis operibus eſt neceſſaria. finis enim coronat opus. In Euangelio Dominus noſter pijs actionibus, nos continenter inhærere monet, dum ipſe turbis

B prædicare non ceſſat, dum varijs languoribus affectos curare non deſinit, dum Dies quadraginta neque comedit, neque bibit, dum in tentationibus perdurat, dum in oratione pernoctat, dum ſuos vſque in finem diligit, dum denique perſecutiones vſque ad ignominiam Crucis æquanimiter tolerat, nunquam ab exercitatione virtutum quietus, vt ab eo nunquam quieſcendum eſſe doceret, dicens: *Non qui incæperit, ſed qui perſeuerauerit, vſque in finem, ſaluus erit. Marul.*

C *De honore parentibus exhibendo. Cap. XIV.*

PLVRES cauſæ recenſentur quare deſponſata fuit Sanctiſſima VIRGO. Vnum tamen Ambroſium præterire non poſſum, qui inter alias rationes adhoc inſtitutum & illam notatu dignam adfert. *(Maluit Dominus aliquos de ſua generatione, quã de matris pudore dubitare.)* Tanta CHRISTO cura fuit maternum honorem vindicandi, ob quem ſuam quoque dignitatem aliquando negligere videbatur, vt idcirco Ioſephi patris filius à cunctis exiſtimari maluerit, quam vulgo ſuam matrem malè caſtã reputari. Qua etiam ratione tum obſeruauit, tum docuit, quod lex diuina de honorandis parentibus exigit, *Exod.* 20. & CHRISTVS repetit in Euangelio, *Matth. 15. 19. P. Caniſ. de MARIA DEIPARA VIRG. lib. 2. cap. 11.*

D

Et quamuis honorificè ſederet cum doctoribus diſputando,

do, tamen vt vidit matrem, non dedignatus est eam agnosce- E
re, licet pauper esset. *Stella 2. c. 13.* quo exemplo nos excitauit vt honorem, reuerentiam, obedientiamq; parentibus exhiberemus. etiam si humiles essent & pauperes. Hinc filius, & si Episcopus domi patrem reuereri tenetur *Monter. decis. 32. nu. 19.*

Obiter admonuerim, nulli post DEVM nos tantum teneri, sicut patri nostro, magis namque ei tenemur quam Angelis, & quam Apostolis, & quam Beatæ Virgini dominę
nostræ quia maius bonum ab ipso recipimus quam ab omni- F
bus istis sub DEO, coram quo omnis creatura contremiscit, & nullum nomen maioris reuerentiæ & honoris est, quam nomen paternum atque maternum. *hæc Alphons. Tostad. c. 13. Deut. q. 3.*

De Conuersione infidelium. Cap. XV.

1. NON sunt spernendi suæ salutis studiosi, sed
adiuuandi, in rebusque fidei instituendi. Sic G
CHRISTVS docuit qui longum sermonem habere voluit cum Samaritana: & tanta mysteria ei reuelare, vt præberet nobis exemplum, ne spernamus quempiam salutem cupientem: sit vir vel mulier, iustus vel peccator, domesticus vel alienigena. *Franc. Georg. sect. 2. to. 4. de Euang. probl. 70. in expurg.*

2. Eloquentia in concionatore approbatur, non tamen fucata. nam inter eximias virtutum laudes, quas sacræ literæ
de Domino Seruatore prædicant, eloquentia quoque eius H
enumeratur, non illa quidem fucata & varijs pigmentis expolita, sed diuina quadam vi ad animos permouendos & illuminandos accommodata. *Ludou. Granata to. 4. conc. 2. in Dominica tertia post Pentecostem Card. Palaot. de sacri consist. consult. p. 5. q. 2. Hinc illud. Domine verba vitæ æternæ habes. Io. 6.*

3. Potius leniendo quam terrendo ad pœnitentiam excitantur peccatores. CHRISTVS attraxit nos præsentia,

doctrina,

A doctrina, oratione, exemplo multiplici, & operibus multigenis, maximè his, quæ perpessus est pro nobis in carne & corpore. Non ne etiam attraxit numine quodam diuino. Quod sentiens Petrus dixit: *Verba vitæ æternæ habes, ad quẽ ibimus?* Et iterum: *Tu es CHRISTVS filius DEI viui.* Cõplexurus itaque simul vincula humanitatis, & diuinitatis, maximè in extremo, quo ordinatè agens solet fortius operari dixit: *Cũ exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum.* Et adeò verè ad se traxit, vt per multos annos, quos amorẽ ligauerat,

B deduxerit ad omne genus martyrij intrepidos. Sed & hanc vim attrahendi Apostolis, & legatis suis donauit, dum dixit: *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum: vt trahatis eos in sagenam verbi DEI.* Et etiam in quam partem deberent proijcere sagenam docuit post resurrectionem non sine mysterio dicens: *Mittite in dexteram nauigij rete.* in quã dextera est charitas, pietas, amor, misericordia, benignitas, & cætera id genus. In sinistra autem timor, terror, comminatio, iustitia seuera, punitio, & similia.

C Hîc innuens, quòd diuinus concionator prius attrahere debet animos leniendo, quam terrendo, & potius vinculis charitatis, quam terroris, vt ipse fecit cum adultera, peccatrice, publicano, telonario, & huiusmodi benignitate deducẽs, & non terrendo minis. Et quamuis aliquando debeat Orator diuinus alta voce annunciare populo scelera eorum, nihilominus id facere debet non improperans, sed cum charitate admonendo proponere ea, quæ à rectitudine iustitię pro sceleribus parata sunt. *Franc. Georg. de Harm. totius Mundi*

D *Cant. 1. tono 8. c. 6. in expurg.*

4. Secundum captum auditorum Conciones habendæ, ad rectamque fidem trahendi Infideles. CHRISTVS solebat capere sua quemque arte, Magos stella, Piscatores piscibus, *vt notauit Theoph. Chrisost. ad c. 5. Lucæ.*

Sic etiam loquebatur CHRISTVS sæpè accommodatè ad opinionem hominum quibuscum agit. *Io. Maldonat. in c. 7. Ioannis.*

Hinc mos loquẽdi CHRISTI erat, vt ex temporalibus ansam nancisceretur ad loquendum de spiritualibus. Vt.n. *Ioã*.4. sermonem cum Samaritana iniuit, vt de aqua naturali verba innecteret fidei, quæ est fons aquæ salientis in vitam æternam, dicens, *qui biberit ex hac aqua sitiet iterum: qui autẽ biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. fusè Sot. in 4 sent. d. 9. q. 2. ar. 1. col. 2. D. Aug. in d. c. 4. Io. adnotauit, & c. 6. Io. ibi operamini &c.* Corporaliũ.n. rerũ modo Deus loquitur, vt ad excellentiã diuinarum rerum per corporalia homines attollat. *Hilarius 6. & 12. de Trin. & Greg. in Homil. de thesauro absc̃odito in agro, & 33. Moral. c. 4. & 5.* reponitur hæc inter regulas diuinæ script. *à Frãc. Ruiz. reg. 13.* vbi latè exponit. F

Debet.n. qui alios docet accõmodare se ad auditorum captum. CHRISTVS omnibus omnia factus est, pauper pauperibus, diues diuitibus, flẽs flentib. esurientibus esuriens, sitiens sitientibus, profluus abundantibus: in carcere cũ paupere est, cum MARIA flet, cum Apostolis epulatur, cũ Samaritana sitit, in deserto esurit, vt cibus primi hõis, quẽ præuaricatione gustauerat, ieiunio Dñi solueretur. *Ambr. sup. Luc. lib. 4.* E

Sic CHRISTVS Pilato syncerè petenti, aperuit se esse verum Regem; Ethnico respondit ratione: dixit enim *regnum meum non est ex hoc mundo. quoniam mihi subditi pro me pugnarent*. Sed Iudæis cum responderet lege vtebatur, quia eam callebant. Hinc discimus CHRISTVM se se accommodare ad captum nostrum, vt faciliùs ad se conuertat.

Huc etiam pertinet. Cum Samaritana Messiam nominasset, significassetq; cognouisse se iam venisse, seque illi, quidquid de religione doceret, credituram, verbũ CHRISTVS arripuit, seque eum ipsum Messiam esse dicit. Credat ergo sibi, quando eius quodam modo tribunal appellasset. Monet Cyrillus eos, qui docendi in Ecclesia curam habent, vt hoc discant exemplo se se ad auditorum captum accommodare; nec omnia illis simul tradant, sed faciant per res faciliores ad difficiliores gradum. Monet Maldonatus eos qui se in iuuandis spiritualiter alijs versari profitentur, vt ex re qualibet occasio- H

A casionem captent, sermones omnes ad spiritualem eorũ qui buscũ loquuntur, vtilitatem reuocandi. *Ex Maldon. in c. 4. Io.*

5. Conuersatio, colloquium non sunt vitanda in conuertendis infidelibus, imò etiam muneribus licet eos allicere, vt ad veram religionem perducantur. CHRISTVS eis quos conuertere ad se volebat, familiarem se exhibebat dulciter conuersando, & comedebat, bibebatque cum eis, & sic lucrabatur animos eorum ad se, & postea quicquid diceret eis credebant, & sequebantur viam eius, in tantum hoc exer-B cebat, vt occasione inuẽta nequissimi Pharisæi vocarent eum voracem, & ebrium, & socium publicanorum vt patet *Matth.* 11. cum dicitur. *hic est vorax, & potator vini, & publicanorum socius*; & alibi *quærebant Pharisæi ab Apostolis CHRISTI, quare cum peccatoribus magister vester manducat, & bibit?* Ad quod CHRISTVS respondit, *non est sanis opus medico, sed male habentibus*, in quo innuit esse conuersandum cum malis dulciter, si spes est, quod conuertantur.

Infideles non possumus CHRISTO lucrari, si colloquiũ C eorum vitemus & conuiuium: Vnde Dñs cum publicanis, & peccatoribus manducabat, *cap. infideles 23. quæst. 4.*

Et sic valde bonum atq; meritorium est, vt aliquis bonus vir eos, qui mali sunt, & carnales, bonis temporalibus oblectet, inuitando eos, & distribuendo eis de bonis suis, vt sic corda eorum ad se trahat; Et ipsi postea assentiãt verbis eius, & conuertantur, & hoc si viderit in eis spem vllam conuersionis. Et sic licitum est bonis viris, & deuotis, qui peruerti à fide, & recta ratione non possunt communicare aliquo modo D cum infidelibus aliquibus spetialiter, vt sic eos ad fidem trahere queant. Etiam licitum est dare alicui Iudæo, vel Saraceno pecuniam, vt conuertantur ad CHRISTVM: nam dato, quod ipse, qui conuertitur, tunc quando cõuertitur, pro solis pecunijs conuertatur, & nihil mereatur, poterit tamen postea pænitere de hoc fine malo conuersionis suæ, & erit bonus, quod non contingeret si non fuisset conuẽrsus, bona ergo fuit conuersio. Etiam quia postquam conuersus fuerit

rit ad CHRISTVM, poterit cogi ad obseruantias legis Euangelicæ per quam erit bonus, quod non contingeret, si non fuisset conuersus saltem per pecuniam. bonum ergo agit qui hoc modo pecunias dat. Item quia qui dat pecunias alicui, vt conuertatur, nullo modo dat ei occasionem ad peccatum mortale: dato enim quod cõuertatur ad CHRISTVM propter pecunias, & in hoc nihil mereatur, melius tamen est, quam quòd non conuertatur: nam manendo in infidelitate mortaliter peccat, si autem conuertatur ad CHRISTVM datis ei pecunijs, si pecuniæ sint causa allicitiua, & CHRISTVS sit causa principalis, adhuc ipse conuersus aliquid mereretur, quia propter CHRISTVM principaliter mouetur: magis tamẽ mereretur, si totaliter moueretur propter CHRISTVM. si autem moueatur ad cõuersionẽ propter pecunias solum non curando de CHRISTO, nihil mereretur sic conuersus, melius tamen est nihil mereri, quam mortaliter peccare. Ergo bonum est semper, & nullam causam mali præbens dare pecunias infidelibus, vt conuertantur ad CHRISTVM. de hoc autem .s. quod cuilibet infideli dari possit licitè pecunia, vt conuertatur, & non committitur ibi aliqua simonia, *patet in decretis* 23. *quæstio*. 4. *cap. vlt. &* 45. *distinct. cap. syncera. Hæc Abul. capit.* 12. *quæstio*. 11. *deut. Idem probarunt Adria. quodlibet quæstio*. 9. *&* 10. *Nauar. in commentar. cap. inter verba* 11. *quæstio*. 3. *quinta conclus. num*. 20. *tom*. 1. *& ex iurisperitis fusè Petrus Malferitus inter consilia Iacobi Albensis*, 769. *to*. 4. vbi tradit Infideles non esse cogendos ad fidem, sed blanditijs trahendos.

Licet infideles non sint cogendi ad fidem, si tamen eam aliquando susceperint, tenentur seruare, *Diu. Thom*. 2. 2. *quæst*. 10. *artic*. 8 *Turrecr. in capit. plerique de consecr. dist*. 4. *pag*. 321.

De Conuersione Diui Pauli habetur *in cap. quis nos* 23. *quæstio*. 4. *Baron. anno* 36. *CHRISTI pag*. 261. *cum seqq. tom*. 1.

De cor-

A

De correctione peccatorum.
Cap. XVI.

1. PRÆLATI non statim iudicandi, sed potius corrigendi sunt. In hoc quod Dominus Petrum post trinam negationem non statim iudicauit exemplum dat quod Prælati non statim B sunt iudicandi sed potius corrigendi 45. *dist. c. licet plerunque.* Quomodo autem & à quo corripi debent Episcopi, *fusè habetur apud M. Ant. Genuen. in Manu. Pastorum cap. 93. Sot. de ratione reg. & de teg. secr. memb. 2. q. 3. concl. 5. D. Tho. 2. 2. q. 33. art. 4. & 2. q. 7. per tot.*

Prælati non coguntur recipere subditos in accusationem sui, sed permittuntur si velint. CHRISTVS Iudæos ad se arguendum admisit *Ioann. 18. & 8.* perfectione humilitatis, non seueritate iuris. si enim legis rigore essent admissi, hac au-C ctoritate criminosi & infames in accusatione religiosorum essent recipiendi, cùm essent sceleratissimi, qui de nece CHRISTI tractantes, innocentem damnare volebant. hoc ergo exemplo prælati non coguntur recipere subditos in accusatione sui, sed permittuntur si velint. *ex cap. testes absque vlla. prope fin. 2. quæst. 7. & cap. si quis super his. vers. ex his omnibus.*

Obiter admonuerim Vicarios Generales non teneri ad syndicatum, *vt determinauit Gregor. XIII. in quadã Bulla, anno 1578. directa clero, & communitati Tarentin.* nec etiam D generales Ordinum & alios in dignitate constitutos subijci syndicatui *probat Cephal. consil. 39. M. Ant. Genuen. in praxi. cap. 73.* & hoc sanctissimè factum fuit ne Prælatorum vita ab omnibus promiscuè laceretur, præsertimque à laicis qui clericis dicuntur infesti, *c. laicos. 2. q. 6.*

Reprehensio facienda à Sacerdote, Confessario, Concionatore in genere, non in specie vt persona peccatoris dete-

detegatur. Sacerdos enim in genere poterit peccatum reprehendere exemplo CHRISTI, qui reprehendit Iudam dicendo, *Vnus vestrum me traditurus est cap. si Sacerdos de offic. ord.* E

Caueat tamen Confessarius, ne ita loquatur vt persona peccatoris innotescat, *c. omnis de pœnit. & remiss. Ripa de rem. ad cur. pest. num.* 114. Quando enim volumus agere de peccatis alicuius, eius personam aperire non debemus, vti dominus fecit qui dixit, *(venit mulier) Io. & Luc.* cum loquatur de Magdalena vocat mulierem non nominando eam nomine proprio. Et in parabola, seu mauis historia diuitis Epulonis nomine proprio CHRISTVS vocauit pauperem Lazarũ, diuitem verò non: quia DEVS humiles nouit atque approbat, & superbos ignorat. *Gregor. & Beda.* aptè quidem ad mores. Verius fortasse dici poterat prudentiæ, atque moderationis fuisse CHRISTI, vt pauperem, quem laudabat, nominaret, diuitem quem vituperabat, non nominaret, ne illi iniuriam facere, & sibi inuidiam conflare videretur. *Maldonat. cap. 16. Lucæ.* F G

3. Conciliatio inimicorũ. Tribus modis vsus est CHRISTVS vt Iudam à nefario scelere reuocaret. Quemadmodum tria solent multum conferre ad conciliandum inimicum id est, actiones & verba summissa, placida. Sicut Dauid placauit Regem Saul, quamuis ad mortem Saul Dauidem persequeretur. Quibus verbis ita fuit permotus Saul, vt fleret ex pietate 1. *Reg.* 24. *Quid feci tibi cur me persequeris?* secundò dona & munera. *placabo eum muneribus*, dixit Iacob de suo fratre. *Genes.* 32. tertiò Minæ vt fecit Iosue Gabaonitis, à quibus obtinuit quantum voluit. *Iosue cap.* 9. Sic Dominus noster vt Iudam auerteret à pessima deliberatione, his omnibus medijs vsus est. Quæ dulciora verba, magisque summissa illis. *Amice ad quid venisti?* Quæ munera ditiora, magis opulenta, & pretiosa elargiri poterat, quam suum Corpus Sanctissimum, ac Sanguis pretiosissimus? nec defuere minæ. *Væ autem homini illi per quem &c. ex Gregorio Mastrillo p. 2. ser. 5.* H

4. Im-

A 4. Imbecillitas humana excusanda. In horto reprehendit Apostolos somni, iterumque inueniens eos dormientes, *(& inuenit eos dormientes, erant enim oculi eorum grauati, & ignorabant, quid responderent)* discedit nihil eis dicens. quia confusi erant & ignorabant quid responderent.

Quando reprehendimus non multum contumaces & inobediẽtes debemus illico excusationẽ addere vt fecit CHRISTVS qui cum reprehendit Apostolos, statim illis excusationem affert *(spiritus quidem promptus est, caro autem in-*
B *firma.)*

5. Quando reprehendimus, si necesse est iniurias dicere, non debemus dicere nisi quæ faciunt ad rem & ad illius culpæ propositum sicque CHRISTVS fecit *(ò stulti & tardi corde) Luc. vlt. & Apostol. ad Gal. 3. (o insensati Galatæ)* nam vt tradit *D. Tho. 2. 2. q. 72. ar. 2. ad 2.* Redemptor & S. Paulus dixerunt illas iniurias, quoniam erant necessariæ, eo animo vt prodessent, velut cum est necesse, possunt superiores per *cap. cum beatus, 45. dist.* percutere, & verberare inferiores, iuxta
C illud sapientis *prou. 23. percute filium tuum virga, & liberabis à morte animam eius. Nau. in comment. ad cap. inter verba 11. quæst. 3. Coroll. num. 532. to. 3. in append. Roderic. q. 41. ar. 2. qq. regul. to. 2. Ioannes Lorinus p. epist. D. Petri c. 2. vers. 23. improbantur contumeliæ ex ira odioque.*

6. Item debemus afferre rationem reprehensionis, quod CHRISTVS fecit vendentibus *(Auferte ista hinc,* quoniam *domus mea, domus orationis vocabitur.)*

Samaritanæ *(bene dixisti virum non habeo,* quare? *quinq; vi-*
D *ros habuisti)* Discipulis in domo simonis *(quid molesti estis huic mulieri)* quare? *(opus bonum operata est in me.)*

Mariæ in horto *(Noli me tangere* quare? *nondum ascendi)* Petro *(Vade post me Satana, quia, non sapis, quæ DEI sunt)* Et discipulis euntibus in Emaus, *cap. 24. Lucæ (ò stulti & tardi corde* quare? *non ne oportebat pati CHRISTVM) ex Panigarola.*

7. A vitijs & peccatis 13. modis auertimur, *Luc. de Penna* in l. 1.

in l. 1. *nu.* 2. *C. de fabritens. lib.* 11. *& l.* 1 *per tot. C. de numerar. lib.* 12. E

8. Mos fuit antiquorum Patrum prope mortem corrigere: sic Iacob Ruben & Simeon, & leui in morte increpauit *vt Gen.* 49. *cap.* & Iosue Israelitas in morte admonuit, *vt habetur Iosue vlt.* & Samuel in fine dierum totum Israel increpauit 1. *Reg.* 12. Idem etiam fecit Moyses: magis. n. retinentur, quæ magni viri circa mortem dicunt, quam in vita, quia ex maiori desiderio dicere creduntur *Abul. c.* 1. *Deut. q.* 3. quasi aliorum vtilitati inseruire ex animo velle videatur *Abul c.* 23. *Iosue q.* 2. F

9. Quod si peccator nolit corrigi medicamentis lenientibus h. e. per dulces monitiones, sacramentorum susceptiones. tunc vti rebellis, durus, contumax asperè increpatur mucrone excommunicationis quæ dicitur remedium vltimum, subsidiarium exasperans. est tamen medicinalis, non mortalis excommunicatio *c.* 1. *de sent. excomm. in* 6. *fusè Marta p.* 3. *c.* 4. *nu.* 14. *de iurisd. Baro. anno* CHRISTI 57. *pag.* 451.

De Humilitate. Cap. XVII. G


CHRISTVS nos in primis ad humilitatis virtutem hortatus est suoque exemplo præiuit. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Io.* 13. *Et Matth.* 11 *in fi. discite à me quia mitis sum & humilis corde.* & repetitur *in c. qui scit* 2. *q.* 6. sic intelligitur. *Luc.* 22. (*Qui maior est vestrum, fiat sicut minor, & qui præcessor fiat sicut ministrator.*) *apud* Bellarm. lib. 3. *c.* 23 *num.* 12. *de Ro. Pont.* H

Hanc virtutem docuit sæpissimè: ibi: *finite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire. Matth.* 19. *&* 18. *Luc.* 9.

Et Luc. 14. *Cum inuitatus fueris ad nuptias non discumbas in p° loco.*

Et Luc. 17. *ibi* (*sic & vos cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus.*) vult enim nos humiles esse, & non iactare nostra

merita,

A merita, sed ipse tum postea dicit: *Euge serue bone & fidelis, Bellarm. lib. 2. cap. 13. de Monach. tom. 2.*

Est autem humilitas propria CHRISTI virtus, sicut contra superbia diaboli, *Leonard. less. lib. 4. cap. 4. dub. 10. num. 71. uers. quintum, &c. de iust. & iu.* nemo illo sublimior, & nemo humilior, *d. Tho. opusc. 60. ar. 18.*

Intelligas Dominum fuisse humilem externa conuersatione, non interno iudicio cum optime nosset seipsum. Ideoq; *Bernardus serm. 42. in Cant. ait.* Ipse se exinaniuit, ipse se hu-
B miliauit non necessitate iudicij, sed nostri charitate. Poterat nimirum vilem se & contemptibilem demōstrare, sed planè non reputare, quoniam sciebat seipsum. Voluntate proinde humilis fuit & non iudicio, qui talem se obtulit, qualem esse nesciuit: magis autem placuit minimum reputari, qui se summum non ignorabat. Quam auctoritatem Bernardi explicat *less. lib. 4. cap. 4. d. 7. nu. 57.*

Laboriosum esset colligere singillatim CHRISTI exempla præsertim huius præclarissimæ virtutis, attingam nihilo-
C minus aliqua ne asymbolus hanc tractationem videar incæpisse.

Huc igitur pertinent Quod aliquādo aliquos ex Apostolis consuleret, quid esset facturus vt cum Philippo dixit. *Vnde ememus panes? Io. 6.* & alibi. *Quem me esse dicitis? Matth. 16.* quo exemplo docuit etiam prudentissimos non debere dedignari consilium aliorum.

Hinc Aug. dicebat se esse paratum discere vel ab anniculo *cap. si habes. 24. quæst. 3. facit, cap. nullus 38. dist.*

D Hinc tributum soluit Cæsari quamuis non teneretur vt humilitatem præ se ferret. *Paul. Grysald. v. decima, num. 4. in decisio. Catholic.* licet etiam ad euitandum scandalum tributum dari iusserit. *capit. tam nunc vbi Archidiac. 28. quæstio. 1.*

In signum humilitatis voluit se offerri, vt doceret per humilitatis meritum, nos dignos fieri diuino conspectui. *D. Tho. opusc. 60. ar. 8.*

Et licet, CHRISTVS non esset legi obnoxius, voluit B
tamen circuncisionem & alia legis onera subire, ad demonstrandum humilitatis & obedientiæ exemplum, *D.Tho.3.p.q.37.ar.4.*

Et licet idem magister summus esset omni virtutum genere cohonestatus, nullaque vitiorum labe contaminatus, tamen voluit legi correctionis se subijcere, vbi ait *si male locutus sum, testimonium perhibe de malo Sot.in.2.q.3.concl.5.prope fin.de rat.teg.& deteg.secretum.*

Piè etiam credimus humilitatis causa CHRISTVM F
sæpe absque calceis incessisse nudipedem, & haud scio an hæc sit longe probabilior ac receptior sententia, *quam latè ac scienter probat Malonius in stygmata CHRISTI pag.233.234.*

Vilissima etiam veste vtebatur inconsutili, *vt tradit Baro. anno 34.pag.177.ex Isidoro lib.1.epist.74.*

De superbia detestanda. Cap. XVIII.

G

ADEO detestatus est superbiam Dom. Nost. vt regiam dignitatem sæpissime oblatam detrectauerit & se honorari recusauerit, fugit cum Regem facere vellent, *Io.6. Matth.14. Aluar.Pelag. de planctu Ecclesiæ lib.1.c.37.pag.12.col.1.Baron.anno 33.pag.125.*

Quinimò in ipso etiam vitæ fine ab inscriptione tituli regij caput procul summisit vt s. ostenderet quæ ab hominib. æstimantur hic, flocci facienda esse. H

In eius verbis elucet incredibilis moderatio, modestia. Cæci vident dixit *Matth.13.* non dixit, facio vt cæci videant, ne videretur inanis, falsæque gloriæ cupidus. *stella 2.p.c.19.* Alibi *Ioann.10.* dixit. *Ego sum pastor bonus.* non dixit sum filius DEI vt doceret prosapiam à nobis esse contemnendam, *stella 1.par.4.14.*

Hinc voluit in sua Genealogia solùm recenseri quatuor

A perditas mulieres nimirum Thamar incestuosam. Ruth ethnicam, profanam, Raab meretricem quæ suscepit exploratores Iosue. Bethsabe adulteram ex qua Salomon ortus est. *Matth.* 1. *Medina C. de rebus restitut. quæst.* 19. *D. Thom.* 3. *p. q.* 31. *art.* 3. *ad* 5.

Voluit etiam nasci ex incestis ascedentium suorum coniunctionibus, vt exemplo tali nos doceret, iniquitates parentum nihil obesse filijs *cap. Dominus, dist.* 56. *Chrysost. hom.* 3. *super Matthæum, Card. Paleot. cap.* 55. *num.* 10. *de Nothis capit.* B *sponsus d.* 56. *Pacia lib.* 2. *de probatio, capit.* 17. *numer.* 43. *cum seqq.*

Quod patris ignominia filijs nō noceat, habetur *l.* 26. *ff. de pœn. l.* 2. §. *nullum ff. de decur.* & de cæteris propinquis *l. sancimus C. de pœnis. eadem habentur* 1. *quæst.* 4. *capit. crimen & per totam.*


Patriæ claritas, nobilitas generis, opes ac copiæ quanti sint declarauit ipse CHRISTVS, qui totius orbis Dominus, obscurum & ante id tempus ignobilem pagum, in C quo nasceretur elegit: DEVS & DEI filius, faber & fabri filius haberi voluit: rex omnium, in paupere tugurio natus, non habuit vbi reclinaret caput. *M. Antonius Muretus oratione* 20. *in funere Pij V. P. M.*

Inanis gloriæ fugiendæ documenta exhibere nobis volens magister ac Dominus N. IESVS CHRISTVS leprosos mundat, cæcos illuminat, infirmos curat, surdo & muto aurium linguæque officium instaurat. Et tamen singulis nemini quicquam dicant iniungit. Archisynago- D gi quoque filiam mortuam suscitaturus, turbam iuxta cadauer tumultuantem, abscedere præcepit, nec in publico, sed domi vitale operatus est remedium, ne popularem gloriam expetere videretur. Quam autem multa id genus non ita secreto, sed in conspectu peregerit plurimorum, atque etiam prædicari voluerit, non fuit inconstantiæ volubilitas (nullum vitium in eo qui DEI

Sapientia est, cadere potest) sed piæ dispensationis miseratio, quæ diuinæ conuenit bonitati. Non solum enim illi, qui iam credebant, quomodo ostentationem vitarent instruendi, sed etiam qui nondum credebant, ad fidem manifestioribus signorum spectaculis conuertendi erant. His dicitur, *si mihi non creditis, operibus credite*. Illis *Cauete, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Marulus*. E

De laude. Cap. XIX. F

Laus ad Deum referenda.

1 
SVPER illud, *Matth. 9. Videte ne quis sciat*, dicit Chrysost. Non est hoc contrarium, quod hic dicitur, ei quod alteri dicit, *Vade & annuntia gloriam DEI. Mar. 5.* Erudit enim nos prohibere eos, qui volunt nos propter nos laudare, si autem ad DEVM gloria refertur, non debemus prohibere, sed magis iniungere, vt hoc fiat. *D. Thom. 3. p. q. 44. art. 3. ad quartum.* G

2. Laus est habenda de absente præsertim. Sic quando Dom. Nost. voluit laudare Diu. Ioannem non modo non fecit coram ipso, sed expectauit etiam vt eius discipuli discessissent, *vt notat Chrysost. hom. 38. in Matth.*

3. Laus à Laudato viro proficisci debet. CHRISTVS non sinebat se laudari à Dæmonibus, quia vt Theophilatus dixit, non erat honestum à tam turpibus laudari, & ait scriptura *Non est speciosa laus in ore peccatoris.* sic *Act. 16.* Cum Spiritus Phitonissæ Paulum & Lucam laudaret, dicens isti homines serui DEI excelsi sunt, qui docent vos viam salutis, tamen Paulus eijciens Phitonem non est passus se à tam turpi laudatore laudari: Neque CHRISTVS voluit vt custodes sui sepulchri suam testarentur resurrectionem, sed permisit vt somnis corrupti tacerent, prædicari verò eam voluit per sanctas mulieres, & Apostolos. Infantiam verò H

solùm

A solùm à Simeone & Anna voluit laudari, nec ipsi hoc fecisse scripti sunt, nisi prius Lucas eorum sanctitatem descripserit. Alexander ab Apelle solo voluit pingi. Cum laudaretur ab impio Antistenes dicebat: quid mali feci quare me iste laudat? *ex Panigarola. conueniunt quæ scripsit ex Diu. Augustin. Cassan. par. pr. Catal. glor. mundi* 48. *considerat. D. Tho.* 3. *p. q.* 44. *ar.* 1. *ad* 3.

4. Laus in ore proprio sordescit. *capit. Ecce* 99. *dist. Cardin. in cap. ad aures de tempor. ord.* Vnde illud. *laudet* B *te alienus, non os tuum, extraneus & non labia tua. prouerb. cap.* 27. Nec te collaudes, nec te culpaueris ipse. Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis. Aristotelis dictum hisce versibus expressum recitat *V. Max. lib.* 7. *cap.* 2. *& Laer. lib.* 5. *capit.* 1. Tamen distinguendum est cùm sit quædam laus necessaria, quædam vtilis, quædam voluntaria.

Necessaria laudatio est concessa. Exemplum potest afferri quãdo lex requirit, vt probentur recti mores, & bona fama *l. fi. C. de his qui ven. ætat. impetr.* licet enim se laudare propter C bonę famę conseruationẽ: & sic se Samuel laudauit corã filijs Israel, 1. *Reg.* 12. dicens *conuersatus sum coram vobis ab adolescentia mea vsque ad hanc diem, ecce præsto sum, loquimini de me coram Domino, & coram CHRISTO eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim aut asinum, si quemquam calumniatus sum, si depressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi, & contemnam illud hodie, restituamque vobis.* Et subdit: *Testis est mihi Dominus, quia non inueneritis in manu mea quippiã.* Simili modo est, cùm quis inculpa- D tus esset iniustè, vel timeret culpari in tali casu, *dicit D. Aug. Crudelis est, qui nequit defendere famam,* imò homo tenetur, vt dicit *Aug.* 12. *qu.* 1. *c. nolo.* Nolo vt aliquis de nobis inueniat malè viuendi occasionem. *Hug. de S. Vict. Non sufficit nobis sancta vita, nisi assit bona fama. Aug. Conscientia propter te, fama propter proximum est necessaria.*

Vtilis laudatio est, etiam concessa. potest poni exemplum

de eo qui suo exemplo conatur pertrahere aliquem ad virtutem. *c. tenere. 31. dist. vbi gl. potest quis se laudare ad gloriam* DEI *Discipul. serm. 107. lit. M.* E

Duplici. n. via potest quis laudare seipsum. Primo iuxta sui vtilitatẽ, cum scilicet quis ex multis tribulationibus circũdatus, prout erat *Iob c.* 2. potest. n. quis se laudare propter spei subleuationem. Sic etiam se laudauit Ezechias Rex *Isa.* 38. Cùm ægrotauit vsque ad mortem, & venit Isaias, dicens: *Disponi domui tuæ, quia morieris tu, & non viues*: & conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & fleuit amare, & dixit: F *Obsecro Domine memento, quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim.* Quia valuas templi aperuit, quas Acham pater suus clauserat. Qui statuas contriuit quas ille erexit, qui templum mũdauit, quod ille polluit, qui sacerdotes honorauit quos ille contempsit, qui serpentem fregit, cui populus incẽsum obtulit: & sic cum homo esset in tẽtatione desperationis tũc posset bona sua ad memoriam reducere ne desperaret, sicut è conuerso cum tentaretur de elatione, tunc peccata debet reducere ad memoriam. G

Hinc licet benefactoribus habere arma in Ecclesia quam construunt vt alij inuitent, ad pia opera, secus si ob inanem gloriam insignia sua pinxissent in Ecclesijs. *Genuen. c. 109. nu. 5. in praxi Molin. lib. 2. c. 14. nu. 49. de Hispan. primogen.* indistinctè damnat insignia in Ecclesia *Card. Paleot. lib. 2. c. 48. de sacr. & prof. imag.* sic CHRISTVS se laudauit dicens. *Estote sancti, quoniam ego sanctus sum. c. tenere. 31. dist. vbi gl. & facit secundũ Arch. ibi dictum Psalmistæ: Custodi animam meam, quia sanctus sum. facit text. in c. ecce 23. quæst. 4. vbi secundum glos. Aug. se commendat æquiparando se Apostolis: dicens Aequalia sumus vasa.* H

Facit illud B. Pauli, *Commendemus nosmetipsos ad omnium conscientiam in conspectu* DEI. Et illud, *Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus & per omnia placeo. Facit text. in*

leg.

A *leg. obseruare. ff. de off. proconsin leg. 2. C. de his qui ven. ata. impetr. Add. ad Vital. in proem. clem. § nos etiam nu. 19.*

Huc pertinet ad DEI glorificationem, & proximi ædificationem admitti laudem de seipso. *Hinc Paul. 1. Cor. 15. dicit. Abundatius omnibus illis laboraui, & 2. Cor. 13.* iactat se de illis quæ passus est in ærumna, labore, in vigilijs multis, vt alios ad tolerantiam animaret, & vt propter talia passa sua prædicatio non contemneretur. Sic docuit, *Rom. 12. Benedicite persequentibus vos, benedicite & nolite maledicere*: & sic nos vt

B DEVS honoretur, &c. *Matth. 5. Sic luceat lux vestra. Gregor. Actio sit in publico, intentio in occulto.*

CHRISTVS etiã diuinitate plenus nõ erubuit confiteri de se dictũ fuisse illud, *Esa. 61. Spiritus Dñi super me, eo qd vnxerit me: Euangelizare pauperibus misit me. Luc 4.* Est ille spiritus principalis, munificus, potens, prædicatorib. necessarius. *Frãc. Georg. probl. 398. sect. 8. de verbi DEI pdicat. in exp.*

Quod Dauid laudauerit se de suo robore: dixit enim Sauli. (*Nam leonem, & vrsum interfeci ego seruus tuus*) *1. Reg.*

C 17. Tamen non peccauit quia vtile erat hoc aperire cum pugnandum esset adu. Goliath. *Abul. cap. 17. p. Reg. q. 23.*

Voluntaria laus quando est notoria, omnibusq; propatula non est in vitio. Iuxta illud. *Sum pius Aeneas*. Hinc licet vnicuique suos titulos & dignitates in subscriptione inserere.

Si non est notoria, tunc modica laus non improbatur. Magna verò reijceretur, iuxta illud. *Nec te collaudes.*

Quod Moyses se laudauerit, *Num. 12.* cum dicitur, (*Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra.*) hoc scripsit à DEO impulsus, spiritu propheti-

D co afflatus ad hæc dicenda: Si enim suæ libertati fuisset relictus, non sic scripsisset. *Abul. cap. 1. Leuit. quæst. 1.*

Latè de hac re Plutarch. libello peculiari, qua quis ratione seipsum citra inuidiam laudare possit. to. 2. Petr. de Palude in thes. æstiuali Sebast. Medices in summa peccat. cap. q. 8. de iactantia. tit. 2. p. 1. Cassan. p. p. consid. 59. Catal. gl. mundi Nostrates in § quorum vtramque viam in proem. Inst.

Laus

4 Laus debet prodire ex sincera mente, non ab adulatione. E
Magnanimum decet & ad iniurias ridere, & ad adulationes excandescere: quum quondam accessissent ad CHRISVM Scribæ & Pharisæi, Magistrū illum appellantes, cæterum Magistrū traducentes, signumq; se videre ab eo fieri dicentes, audierunt. *Matth. 12. Generatio mala & adultera signum quærit.* Capientes iterum consilium Pharisæi, vt caperent Dominum in sermone, mittunt ad eum suos discipulos vnà cum Herodianis, qui verissimis quidem verbis, verùm blandissimis adulationibus, *Magister*, inquiunt, *scimus quia verax es, & viam DEI in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum, &c.* Sed ad tam verissimos titulos atque dignissimas laudes, ob id, quod ab iniquissimo simul & adulentissimo corde prodirent, quid respōderit, quantaque illas excusserit indignatione ac sit execratus audire, perutile est: *Quid me*, ait indignatus, *tentatis hypocritæ? Matth. 10.* Item cum alibi quispiam vocasset illum Magistrum bonum, nec fortè perinde malignè ac isti, statim audiuit: *quid me dicis bonum?* Dehortanti quoque ac dissuadēti Petro, ne moreretur, quod quidem à diebus æternitatis præfinitum, & à Prophetis prænunciatum, *Luc. 24.* quodque vt vtilissimum, ita maxime necessarium erat impleri, respondit, vt opinor, iratus, *Matth. 16. Vade post me Satanas, scandalum es mihi, quia non sapis ea, quæ DEI sunt, sed ea, quæ hominum.* Quid enim est hoc? Malè sæpius audit, & non retaliat: *Ioan. 8. audit, dæmonium habes, & nihil aliud, quam se non habere, respondit: Matth. 26.* Blasphematur, ac tacet: & tamen blandis illum verbis alloquentibus, tam asperè, tamque morosè respondet? Imò verò Petrum, à quo credimus omnem assentationis longius abesse suspicionem, eidemque omnem & dilectionem, & verum amorem inesse, satanā appellat. Quid, obsecro, isthuc? Nimirum illud innuit, quod vir bonus, potius adulationibus, quam iniurijs: faciliùs assentationibus, quam conuitijs prouocatur, mouetur, lacessitur. *Frater Alexius Salam. Zamorensis, de republ. CHRISTI.*

F and G and H are margin letters.

DE

A

De vita & honestate clericorum. *Cap. XX.*

1.  VIETIVS personæ Ecclesiasticæ viuerent, si se secularibus iudicijs non miscerent, Exemplo Domini Nostri IESV CHRISTI, qui, aienti cuidam de turba, *Magister dic fratri meo, vt diuidat hereditatem*, respondit, *homo, quis me constituit Iudicem aut diuisorem super vos. Luc. 12.*
B *n. 13. Petr. Gregor. tract. de appell. lib. 3. cap. 9. num. 1. in fin. Bellarm. lib. 5. cap. 10. de Rom. Pontif. vbi ponit varias declaration s illius loci.*

Nõe licere clericis se immiscere negotijs secularib. probatur. 2. *Tim. 2. c. sunt nonnulli. 16. q. 1. Vigell. lib. 3. method. iur. Pontific. c. 5. per tot. sed præsertim regu. 23. vbi ponit limit. late Alex. Rand. de analog. cap. 39. Benedictus Capra reg. 95. pag. 138. Port. cons. 16. M. Ant. Gennen. cap. 77. prax.* Intelligitur ex cupiditate, secus si ex pietate *D. Thom. 2. 2. quæst.*
C *187. ar. 2.*

2. Quando veniunt clerici ad aliquod conuiuiũ aliquis prior illorum versum ante mensam incipiat: & cibum benedicat & tunc secundum ordinem sedeant alter alteri honorem præbentes per vices cibum & potum benedicant, & aliquis de illorum clericis aliquid de Sancta Scriptura legat. Post refectionẽ similiter hymnum dicant ad exemplum Domini: sicut in cæna fecisse legitur: & se contineãt omnes præsbyteri (maxime in talibus locis) vt non vitu-
D pereтur ministerium eorum. *ex cap. quando autem. 44. dist.* *Gratiarũ actiones in mẽsa.*

Proinde *Nauar. c. 25. num. 111.* ait clericum peccare si non benedicit in principio mensam, aut in fine gratias DEO non agit. Venialiter tamen secundum Nau. vbi testatur de communi *cap. 18. de orat. & hor. can. num. 43.* mortaliter secũdum Petrũ Rauennatem in suis dictis notabilibus per tex. *in c. non liceat 44. dist.*

Sed nedum clerici debent gratiarum actiones in mensa

habere, sed etiam laici ex consuetudine Ecclesiæ, vt dicit *Baron. anno* 34. CHRISTI *pag.* 161. *his verbis*. E

Exemplo Domini laudabilis illa consuetudo in Ecclesia coaluit, vt in mensa gratiarum actiones ab omnibus dicerentur, hoc idem probat *Polydor. Virgil. lib.* 6. *de inuent. rer. c.* 6.

Consuetudo etiam, vt dum comeditur sacra legantur ex Saluatoris instituto proficiscitur; ille enim cum alias sæpius edendo docere consueuit, tum postremo inter cenam, discipulos vescentes de consummatione omnium fere mysteriorum religionis docuit, velut *Matth. c.* 26. abunde demonstrat. F *Polydor. Virg. lib.* 6. *de inuent. rer. c.* 6. *in fi.*

3. A conuiuijs abstinere debent clerici præsertim Episcopi, *c. multis dist.* 44. *M. Ant. Genuen. c.* 13. *nu.* 7.

CHRISTVS frugaliter conuiuantibus adfuit. Si quidem Canæ Galileæ in medijs nuptijs conuiuas vinum defecit *c.* 2. *Io.* nō ibi fuisse videtur magnifica pōpa, non sumptuosus apparatus. tenues videntur fuisse apud quos nuptiæ celebratæ sunt. CHRISTVS pauperibus semper potius quā diuitibus, & se adiungere, & conuiuere fuit solitus. Quod G si aliquando à magnis & diuitibus se ad conuiuium exorari passus fuit, ita se habuit arguendo, & increpando (veluti in domo Simonis, vbi Magdalena ipsum vnxit) vt nō magnam ab eis gratiā inierit, sed ferè offensos reliquerit. Taceo quod ipsorum conuiuia miraculo nō cohonestauit, vt fecit in Canæ Galileæ nuptijs. *Claudius Guilliaudus in c.* 2. *Io.*

Conuiuia adiuit CHRISTVS vt pasceret, non vt pasceretur. *Maldonat. in c.* 14. *Lucæ.* quæ conuiuia probentur, & quomodo conuiuandum *c. conuiuia* 44. *dist.* H

4. Clericis comā nutrire & barbā vetitū est, *c. clericus, & c. clerici de vita & hon. cleric. c. prohibete cū seqq. dist.* 23. *& c. non liceat*, erant. n. symbolū mollitiei. proinde laudātur monachi, qui radūt caput, vt indicent tēporaliū omniū cōtemptionem. *Daniel Malon. c.* 14. *pag.* 157. *& seq. de spinea corona. addit alias rationes Illustriss. Card. Bellar. li.* 2. *c.* 40. *de monachis tom.* 2.

Detulit quidē barbā & capillos D. N. IESVS Xps, quia nihil

A nihil in eo radendum vel amputandũ fuit, nobis autẽ qui vocati ex gẽtilitate sumus, cum penitus infecti fuissemus, oĩa superflua amputanda fuerunt DEO seruituri, *vt scribit Frãc. Venetus lib. prob. Sac. Script. to. 6. sect. 9. prob. 397. 398. in expurg.*

Romę verò & in multis orbis partibus consuetudine receptum est, vt barba clericis sit permissa modo labium superius radatur. *Nau. c. 25. nu. 110. Salzedo ad pract. can. Diaz. c. 76. Petr. Greg. in partitio. iur. can. lib. 2. t. 9. c. 7. præsertim in scholijs fusè. Men. casu 392. de arbitr. iud. & de cultu barbæ Illustrissi-* B *mus Card. Baro. anno CHRISTI 57. pag. 478.*

5. Qualis debeat esse clericorum conuersatio, habetur, *cap. his igitur dist. 23.*

De summo Pontifice CHRISTI Vicario. Cap. XXI.

1. CHRISTI DEI optimi maximi imitatione, pedũ oscula Ecclesię Primati esse infixa, ꝓbatur *ex c. 7. Lucæ* vbi de muliere peccatrice legimus, *Oscula pedib P. M. re ste infigi.* C *& stans retro secus pedes eius, lachrymis cepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & vnguenta vngebat Inn. 3. lib. 2. myster. missæ cap. 37.* nonne igitur exemplo CHRISTI Romanus Pontifex omnes eius pedibus circunfusos ad oscula pedũ excipiet? atq; etiam sandalijs oscula imprimere permittet? cum CHRISTI loco in terris præpositus sit eius personam sustineat, potestas summa remittendi peccata ei fuerit commissa, & tandem moderandi, & regẽdi vniuersalem Ecclᵃᵐ, quasi quædam habenæ traditæ, quibus D ius dicere, sententiã ferre ligare, soluere in terra, & in cęlis possit? *fusè Ioseph. Steuanus Valentinus de adoratione pedum Rom. Potif. Marta de iurisd. p. 1. c. 46. Polyd. Virg. l. 4. de inuẽt. rer. c. 13.*

2. Mutantur nomina sũmis Pontificibus exemplo D. N. qui primo summo Pontifici a se instituto, Simonis nomen in Petrum seu Cepham mutauit, *D. Io. cap. 1. cap. in nouo 21. dist. Petr. Gregor. lib. 36. syntagm. c. 4. num. 3. Menoch. de arb. Iud. casu 318. num. 3. 4. 5.* *Nominis mutatio approbatur.*

Petro indidit nomen Dominus. Petrus enim saxum, seu petram significat: quo futurus sui gregis Pastor admoneretur, saxeam naturam, obedientem scilicet, ac firmam in fide, & virtutibus perseuerantem esse debere summo sacerdoti, cui lex diuina insculpenda sit ita, vt absque subiectir substantia inde deleri non possit: *Anast. Germon. tract. de indult.* §. *Sixtus num.* 11. *cum seqq. Claud. Guilliaudus in cap.* 1. *Io.* E

Multæ causæ recensentur quare nomina summorum Pontificum mutentur quando ad summum dignitatis apicem inaugurantur, promouentur. prima est exemplo Domini qui mutauit Cephas in Petrum. secunda quia innouatur. tertia quia aliqui ex summis Pontificibus habebant nomina indecentia; *D. Ant.* 3. *p. tit.* 23. *cap. vlt. Paul. Grysald. in decis. cathol. u. Papa num.* 122. addo quartam causam vt significaretur prærogatiua primatus, *Illustrissimus Cardin. Bellarm. lib.* 1. *de Rom. Pontif. cap.* 17. *tom.* 1. *fusè addit alias causas Rutil. Benzon. lib.* 1. *quæstio.* 2. *speculi Episc. pag.* 80. *versa cum seq.* F G

De asser-tione Papa

3. Papæ aliquid asserenti, adhibenda erit fides *clem.* 1. *de probat.* Cum enim gerat vices CHRISTI Veritatis magistri non potest non verax dici *fusè hanc conclusionem probant & distinguunt Gabr. concl.* 2. *de probat. Masc. concl.* 1227. *Farin. q.* 63. *cap.* 3. *num.* 78. *cum seqq. de testibus* præsertim cum rescribit motu proprio, *vt fuit dictum in vna Rom. Casalis Veneris* 12. *Febr.* 1593. *coram Illustrissimo Card. Seraph*[o]. *Gomes lib.* 1. *decis.* 38. *circa fi.*

Nec obstat quod habetur, *c.* 1. 2. *q.* 5. vbi Dominus noster noluit sibi soli credi, quando dixit: *si duorum hominum testimonium verum est, quare meum & patris mei non accipitis?* Ergo etiam oon debet credi eius Vicario. Nam omnis CHRISTI actio &c. *cap.* 4. *de elect.* H

Respond. CHRISTVM ita dixisse Iudæis ad arguendam eorum proteruiam, ac peruicaciam in fide ac religione.

Vel

A Vel intelligitur testimonium meum & patris; id est testimonium patris mei & de me dictum, scilicet testimoniũ prophetarum, *vt ibi gl. explicat.*

Vel dicendum ita dixisse CHRISTVM non quod excluderet & prohiberet ne sibi soli crederetur, & quod non deberet sibi soli credi. sed vt addito testimonio Patris conuincerentur incredulitatis, ac perfidiæ.

Papæ tamen statuto standum est quia non potest errare, quamuis asserendo possit errare. ratio est quia quando iubet,
B ac statuit id facit vt Papa nam statuere & iubere est potestatis. & papatus addit potestatem. sed aliquid asserere non est potestatis & sic non asserit Papa vt Papa, *Abul. c. 8. primi Regum q. 204. 202. cum seqq.*

4. An possit summus Pontifex se subijcere alterius iudicio? statuo has conclusiones.

1. Status Ecclesiæ communis iure diuino in spiritualibus exemptus est ab omni potestate seculari, *fuse probatur apud Mariam p. 2. c. 6. de iurisdict.*

C 2. Papa non potest se subijcere alteri suspendendum, excommunicandumque, quia nec ex se potest.

3. Papa potest se iudicandum subijcere quando per se iudicare illud potest. & exequi iudiciũ vt de iniurijs & damnis restituendis.

4. Papa qui se alteri iudicandum subiecit, tenetur acceptare sententiam iustam necessitate virtutis iustitiæ commutatiuæ, non tamen necessitate coactionis. tenetur parere quãtum ad iustitiam, at non quo ad potentiam.

D 5. Papa potest se subijcere sacerdoti in foro conscientiæ absoluendũ, & tenetur se subijcere quando peccasset mortaliter & hoc non faceret in quantum Iudex sed vt reus. Conueniunt omnes, *Theol. in 2. 2. q. 67. art. 1. Cryspold. Papa 22. & 118. Illustrissimus Card. Bellarm. lib. 2. c. 26. cum seqq. de Rom. Pontif.*

Non obstat exemplum CHRISTI, quod se Pilato submiserit *Io. 19.* quia intelligitur quod permiserit illi iudiciũ

non

(non haberes potestatem aduersus me nullam, nisi tibi datum esset desuper.) hoc est, permissum. *D. Chrisost. Bannes, Salon.*

Cæterum (ait Bannes) quod CHRISTVS Dominus voluerit iudicari à Pilato, non probat quod Pilatus non vsurpauerit iudicium: quia voluntas CHRISTI Domini fuit in ordine ad DEVM, non autem in ordine ad Pilatum, committens illi iudicium, sed patiens ab illo iudicari propter DEVM, &c. Eodem modo respondet *Illustrissimus Cardin. Bellarm. lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 29. vbi etiam latius affert alias responsiones, interpretationes & alijs contrarijs abunde occurrit.*

Non obstat Paulum appellasse ad Cæsarem. Quia nulla se illi tūc obtulit commodior via, qua iniquitatem iudicis cui astabat, & aduersariorum qui illum falsò accusabant, declinaret. Et ita licet clerico, qui apertè à suo iudice opprimeretur, nec alia ipsi se offerret commodior via ad redimendam suam vexationem, appellare ad iudicem secularem: quia Princeps & si non sit Iudex clericorum, est tamen defensor oppressorum, iure naturali, à quocunq; illi opprimantur, & quicunq; sint illi oppressi siue subditi, siue non. *hæc Salon.*

Hoc certum est Iudices Ecclesiasticos supplere negligentiā & iustitiā Principis & Iudicis secularis. *c. qualiter, & quando de iud. c. a. transmissa c. licet, & c. seq. de foro compet.* Contrà verò Principes seculares & Iudices non possunt supplere negligentiam, vel iniustitiam Iudicis Ecclesiastici, & contrafacientes incurrunt excommunicationem *ex Conc. Tolet. cap. insolita, 11. q. 1. c. si diligenti de foro comp. & c. nouerint de sent. excom. vbi omnes. Card. Tusc. concl. 35 nu. 13. 14. 15. cum seq. tom. 5. lit. N.* Recursus tamen ad secularem non improbatur ad defensionē suæ possessionis quando de facto Iudex procedit, & est notoria iniustitia, *vt fuit decisum, coram Illustriss. Card. Blanchetto die 14. Maij 1595. canonicatus Salamant. vt refert Farin. cōs. 68. n. 14.* nō tamē potest Iudex secularis dare mādata contra Prælatos & Iudices Ecclesiasticos. *vt fuit dictum coram R. P. D. Pegna Q[illegible] Can. die prima Octobris 1595.*

A *& inserta reperitur dicta decisio in consil. 68. Farin. num.* 17.

Non obstat CHRISTVM soluisse tributũ, *Matt.* 17. quia id voluntate fecit non necessitate & ne scandalum oriretur. Aliter respondetur ex Hilario vt P. Comitul. refert & sequitur his verbis. (Deinde magna sacrarũ literarum intelligentia auctores tradiderunt, illud, quod à CHRISTO exegerũt, tributum, *Matth.* 17. sacrũ, non profanum fuisse, templo, non Cæsari fuisse persolutum. In his est Hilarius: namq; didrachma tributum erat sacrum; denarius Imperatorium.

B Quanquam, *vt prodidit Iosephus, lib. 7. de bello Iudaico, cap.* 26. ipsum quoq; didrachma, post templũ euersum, pro tributo cæptũ est solui Romanis Imperatoribus,) *Hactenus Comitul. lib. 1. resp. moral. c. 93 n. 14. idem confirmat, Illustriss. Card. Baron. anno 33. CHRISTI, pag. 132. cum seqq. to. I.*

5 An possit Papa sibi eligere successorẽ sicut CHRISTVS elegit Petrum & Petrus Clementem: de Episcopis determinatũ est, *ex Conc. Antioch. in c. Episcopo, il 1 & 2. 8. q. 1.* Idem tñ dicendum est in Rom. Pont. eadem ratione, *Maiol. lib. 4. de*

C *irregul. c. 35. Paul. Gryfald. in decis. Cathol. § Papa n. 17. vbi contrariã temerariã dicit. Fusè hãc partem tuetur P. Comitul. li. 1. resp. moral. q. 98 & ante hos Card. Turrecr. lib. 2. de Eccles. c. 51.*

Episcopi enim nomine comprehenditur etiam Papa vt declarauit Pius V. *& refert Maiol. lib. 2. de irregul. cap.* 4. imo CHRISTVS ipse dicitur Episcopus, *2. Petri.*

Prætermitto rationes & alias auctoritates quas facile reperies apud enumeratos auctores. Neq; tamen possum aut debeo nõ attingere canonem Anacleti *dist. 79. in fi.* electio-

D nem, inquit, Summorum Sacerdotũ sibi Dominus reseruauit: licet electionem eorum bonis Sacerdotibus concessisset.

Neque obstat exemplum CHRISTI de electione Petri quia nulla poterat suspicionis nebula cadere in CHRISTO ne minus idoneum eligeret. Qui erat integerrimus & sapientissimus. Prætorquam quod exempla CHRISTI sequi debemus quæ nobis præscripsit obseruanda. Quatenus etiam vitæ honestioris disciplinam

respi-

respiciunt. non illa, quæ ad eius supremam auctoritatem pertinent, in quibus recte reponitur hæc CHRISTI actio de electione successoris. E

Deinde est diuersa ratio quia CHRISTVS eligebat sibi Vicarium. & ad eum principaliter hæc cura pertinebat, alij verò Vicarij CHRISTI eligerent CHRISTO, non sibi Vicarium.

Nec obstat Papam esse supra legem positiuam *capit. de eo de temp. ordinat.* eiusque personam semper censeri exceptam *cap. venientes. de iureiur.* proinde non ligari dispositione, *cap. Episcopo il primo & secundo 8. quæst. 1.* F

Quia potest responderi multipliciter non esse tantum legem positiuam, qua prohibentur beneficiarij sibi eligere successores, sed etiam legem naturalem & diuinam vt speciatim de summo Pontifice tradit Card. de Turrecr. & P. Comitul. in promptu est etiam responsio illa, Princeps est solutus legibus quo ad vim coactiuam, non autem quo ad vim directiuam, *D. Tho. 1, 2. q. 96. art. 5. ad 3. Andr. Fachin. lib. 1. controuers. iur. cap. 2.* G

Tertio respõdetur Papam interea dum gerit vices CHRISTI habere potestatem & esse supra ius positiuum, sed si electio fieret de successore, tunc executio electionis refertur ad tempus quando non est amplius Papa, ideo non poterit sibi successorem eligere *ar. l. cũ qui ff. de iurisd. omn. Iud. & l. quod sponsæ & ibi Bald. & Salyc. C. de donat. ante nupt. Tiraq. ampliat. 32 nu. 19. de iure constituti.*

Nec obstat à Petro electum fuisse Clementem, quia id fecerit Spiritus Sancti impulsu, vel propter potestatis excellentiam, quæ illius fuit propria. *Comitul.* H

Vel dicendum electum fuisse Clementem totius Ecclesiæ consensu, *vt dicitur distin. 63. cap. quanto & cap. plures. Paul. Grisald. & alij.*

Solus Franciscus à Victoria alioquin eruditissimus tuetur contrariam sententiam his verbis. B. Petrus potuit eligere & designare sibi successorem, qui defuncto Petro, sine alia ele-

A electione esset Summus Pontifex. Probatur ex facto Petri, qui (si fides habenda est vera narrantibus) Clementem viuens ipse viuentem Pontificem nominauit, *vt habetur. 8. q. 1. c. si Petrus.* Item probatur manifesto & inuicto argumento. Nam poterat ferre legem de electione successoris: Sed potuisset ferre legem, vt viuens Pontifex eligeret successorem, imo illa lex videtur futura conuenientissima ad tollenda schismata, & ambitiones.

Cæterum nec fundamenta quibus innititur Victoria
B videntur vrgere. De facto Petri satis superq; dictum. Quod verò potuerit hanc legem condere vt successorem Papa sibi eligeret, non est eadem ratio quæ in alia quam ferre potuit de successoris electione, quia præscripsit alijs summa ratione ne successorem sibi eligerent, *cap. Episcopo* 8. *quæst.* 1. ipse verò aliud faceret quam determinauerit in alijs. Proinde eius doctrina sordesceret. *l. 1. ff. quod quisque iur.*

Præterea non quilibet modus eligendi probatur, sed tantum positiuus. Sed iste modus vt quis sibi eligat est contra
C ius naturale vt dixi *ex Turrecr. & alijs.*

Addo legem de modo electionis quando respicit successorem esse inanem, nemineмq; ligare. neque enim successor potest ligari lege decessoris, quod si lex de modo electionis respiciat alios, tunc non est inutilis.

Ratio autem eligendi qua iam pridem vtitur Ecclesia, videtur melior quam hactenus fuerit alia, & experientia duce compertum est, nunquam pauciora schismata in Ecclesia DEI fuisse quàm post quam hæc forma eligendi obtinuit,
D *vt obseruat Illustriss. Cardin. Bellarm. libr. 1. de clericis. cap. 9. tom. 2.*

Præterea fouetur à CHRISTO facta à pluribus electio. *Vbi duo vel plures, &c. Matth.* 18. Nil præiudicabitur supremæ eius auctoritati, dum fatebitur se habere superiorem ipsum Spiritum sanctum, ob quam rem populus quoq; pronior fiet ad obseruandos canones, si D. Papa cum sit caput Ecclesiæ, incipiat etiam ipse iura seruare, vt scribit *Spec.*

in cap. vsurarum in fin. de vsur. in 6. cuius verba libuit subijcere. Debuit, inquit, à se ipso D. Papa incipere, & hanc constitutionem in sua curia facere obseruari. Nam à capite ratio est reddenda, *leg. argentarius.* §. 1. *ff. de eden.* licet enim legibus solutus sit, decet tamen ipsum viuere secundum leges, *C. de legib. leg. digna vox.* Sicut & CHRISTVS, qui legem dedit, & ipsam carnaliter adimpleuit, 25. *quæst.* 1. §. *si ergo.* vt sic cæteros ad ipsius obseruationem inuitaret exemplo, *vt in* §. *si ergo ante med. Hæc Maiol. libr. 2. cap. 4. prope fin. de irregul. vbi latius.* E F

Neque verò schismata & ambitiones excluderentur, quin imo ne dum hæc mala sed multo maiora in rempublic. Christianam grassarentur. Si enim fieret talis electio, tanquam minus idoneus suffectus esset & contra antiquam Ecclesiæ Catholicæ laudabilem consuetudinem euectus ad supremum dignitatis fastigium, vix eum reciperent subditi, vix oues agnoscerent Pastorem, quod non per ostium sed aliter extraordinaria via ingressus esset summumq; locum occupasset. Omitto alia mala quæ iam ex parte recensui. G

Meritò Clemens VII. (vt in Pauli 3. vita Onuphrius meminit) Cardinalem Farnesium (qui postea fuit Paulus 3.) sibi successorem testamento scripturum affirmabat, si Pontificatus hæreditate pararetur.

Cælestinus etiam huius nominis tertius cum ægrotare cæpisset vocatis ad se Cardinalibus indicauit se quidē Pontificium honorem vltro abiecturum, si modo admittere vellet Ioannem Presbyterum Cardinalem S. Priscæ, quem ipse sibi successorem destinarat. Quod nulli Cardinalium placuit, H
Non enim debere dicebant, nouo exemplo, & posteris forte pernicioso tanto magistratu sponte se exuere.

Sed cum idem Cælestinus esset morti proximus orationem luculentam adstantibus ante lectulum in cubiculo suo, vt mos est, Cardinalibus, intermortuis pene vocibus habuit; ijsque persuasit, vt se vita functo, ne alium Pontificem eligerent, quam Ioannem Lotharium Cardinalem SS. Sergij

& Ba-

A & Bachi, doctrina & moribus insignem. Tantumque valuit Cælestini commendatio & Ioannis Lotharij doctrinæ, probitatisq; opinio, vt in tanto sacerdotio obtinendo, nihil ei ętas obstaret: omnium enim Cardinalium iunior erat, qui annos tantum 30. natus esset. Quare promotus fuit ad tantum dignitatis apicem & Innocentius tertius appellatus est: obiter erit obseruandum, non esse eundem Ioannem quem per renunciationem sibi successorem destinarat Cælestinus, sed alium. *Hæc mutuatus fui ex M. Alfonsi Ciaconij libro qui inscri-*
B *bitur Vita & gesta Summorum Pontificum, pag. 514. versic. Victoriani annales. & pag. 518. cum seq. tom. 1.*

6. Typus celebrandi Concilij fuit actio CHRISTI, quando dum orans solus erat cum discipulis suis, interrogabat eos, dicens; *Quem dicunt homines esse filium hominis?* At illi dixerunt: *Alij Ioannem Baptistam, alij autem Heliam, alij Hieremiam, alij verò quasi vnum de Prophetis, & quia vnus Propheta de prioribus surrexit.* Tunc dicit illis IESVS *Vos autem quem me esse dicitis?* Respondens Simon Petrus,
C dixit ei: *Tu es CHRISTVS, filius DEI viui.* Respondens autem IESVS, dixit ei: *Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Matth. 16. Marc. 8. Luc. 9. Concord. cap. 66.*

D Eiusmodi tanti ponderis & auctoritatis actio CHRISTI typum quendam exprimit celebrandi Concilij: Cum missis cæteris, solus cum discipulis, post preces DEO oblatas, de summa rerum quæstionem proponit: & admirabili quodam ordine, vt prius destruantur errores, ac subinde solida firmitate veritas stabilita locetur, in primis interrogat, quæ sit illorum qui foris sunt, opinio de filio hominis: sed cum deliramenta potius & insana ab illis dicta

ferrentur, quid demum ipsi de ea re sentirent, rogat sententias omnium. Petrus primus omnium, licet non ætate, sed dignitate, talem fert sententiam, vt causam ipse definiat, & quid ab omnibus sentiendum esset, erudiat, atque decernat, ac fidei canonem perpetuò permansurum constituat: vt nihil ferme iam esset opus consulere ceteros tunc Apostolos, ac rogare quænam essent aliorum de ea re sententiæ ac opiniones. Idcirco etiam satis fuit CHRISTO, Petrum fuisse locutum, ac quid de fide sentiendum esset, clauum fixisse. Quin & laudauit sententiam eius; eamque non esse habendam vt communem vel vulgarem, aut ex sensibus humanis deproptam, sed diuinitus à DEO Patre illi per Spiritum sanctum infusam, cæteris audientibus patefecit. E F

Hinc etiam, quoniam diuina illa sapientia prævidebat fore, vt in Ecclesia sæpius eiusmodi quæ ad fidem pertinent, orirêtur cõtrouersiæ ac disceptationes, iure cõsuluit vt à quo quid quolibet tempore decernendum foret, in comperto esset: & ne ex cuiusq; animi sententia fide in diuersa distracta, diuina in Ecclesiam collata sacramenta vilescerent, vnum idemq; visibile omnibus caput statuendum putauit, cui ceteri subessent ac parerent. *fuisse prosequitur Baron. anno* 33. *CHRISTI pag.* 127. *cum seqq. tom.* 1. G

Ex quibus confirmatur opinio *Bellarm. de Conciliorum origine.* Non fuisse humanum inuentum, sed diuinum, *quod plene probat idem Bellarm. cap.* 3. *lib.* 1. *de Concil. & Ecclesia præsertim ex illis verbis CHRISTI apud Matth.* 18. *Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo illic ego in medio illorum sum. Baronius idem confirmat anno* 51. *CHRISTI pag.* 396. *ex illis verbis, quæ Apostoli adhibebant in legibus à se sancitis. Visum est Spiritui sancto & nobis. Act.* 15. H



De

A *De officio Episcopi. Cap. XXII.*

MVNVS Episcopi cùm sit arduum summopere, maximiq; momenti, DEVS proprium filium suum, ac Redemptorem nostrum primũ id subire voluit, vt Ecclesia catholica ab eodem instituta, exemplar perfectissimũ haberet, *S.Tho.in 3.p.q.1.ar.2.* quod cæteri tam Præsules, quam subditi imitarentur. Hincq; sæpe ipsemet sancto ore su[o], in Sacro Euangelio id monet dicens, *Io.10. Ego sum Pastor bonus: Ego cognosco oues meas, et cognoscũt*
B *me meæ: ego animam pono pro ouibus meis. Et alibi Io.13. Exemplum dedi vobis, vt quem ad modum ego feci, ita & vos faciatis. fusè Card.Palæot. 1.p. sui Archiep.c.4. CHRISTVS dicitur Episcopus 2.Petri 2. Germon.de indult.§.Episcopus, nu. 3.16.*

Cum Episcopalis vitę munus omniũ sit perfectissimũ non orationis tantum, aut meditationis, sed actionis etiam auxilio inniti debet; ac vtriusq; ope veluti mixtum, & compositum, modo hac in re, modo in illa, prout munus ipsum postulabit, se exercens, summum quid, ac perfectum complecti; exem-
C plo Domini Saluatoris Nostri, *S.Tho. 2.2. quęst.188. ar.6. & Caiet. 2.2.q.102.art.1.* qui orationem ita colebat; vt minime tamẽ ea, quę ad homines in fidei Doctrina, & virtutum actionibus instituendos erant necessaria, relinqueret; nec instructionis, admonitionis, doctrinæ, exemplique sui magisterium populo præbere vllatenus prætermitteret, *S.Tho.in 3.p.q.21. & q.40.ar.1.ad 2.& 3.Card.Palæot.p.1.sui Archip.c.16.*

Quando CHRISTVS dixit discipulis suis: *Vigilate* licet in communi omnes fuerit hortatus ad vigilandum, ta-
D men spetialiter Episcopis solicitudinẽ demãdauit. *S.Hilarius refert M.Ant.Genuens.c.84. in fi.Man.Pastor.*

Debet itaque summus Pontifex alijque animarum pascẽdarum custodes imitari dominum qui non solum verbo docuit, sed etiam virtute sanauit, & corporalibus alimentis refecit, *c. quis ex vobis 2.q.7.c.1.39.dist.* ideò dixit Petro ter. *Pasce oues meas Io.c.vlt.* intelligens non solũ de saturatione spirituali rei & exempli, verũ etiam de tẽporali, *M.Mãtua dialogo 21.*

Pasto-

Pastores animarum præsertim obligantur ex vi sui officij vt animam ponant pro ouibus, *ex sententia D.Tho. quodlib. 12 quæst. 18. ar. 3. & 2.2. quæst. 185. art. 5. in corpore & ad 3. & super cap. 10. Io. lect. 3. Rutil. Benzon. disp. 1. q. 1. concl. 4. in speculo Episc.* h.e. Episcopus tenetur omnia facere, procurare, sustinere, pro salute animarum, etiam si fuerit necesse exponere periculo vitam propriã. Vnde notabiliter infert, *Caet. super D. Tho. 2.2. q. 185. ar. 5.* Quod si vitam, tanto magis labores, sudores, & quælibet bona temporalia, vt manifestè patet: proinde non possunt excusari aliqui Episcopi, qui omitterent procurare vtilia, dicentes non obligari à Sacris Canonib. *M. Ant. Genuen. c. 28. nu. 1. Man. Pastor.* non tamen certam mortem subire *Graff. lib. 2. tit. 62. nu. 62. Petr. Nau. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 63. 66. Comes. de potest. in se ipsum lib. 2. cap. 4.* E F

Animam ponere debent pro ouibus ex vi officij. quando DEVS iusserit, vt præcepit Domino Nostro IESV, *Gomes. de pot. in se ips. lib. 2. c. 2 nu. 9. in fi.* & sic tunc licet certam & infallibilem mortem oppetere, & illam velle & præeligere quando DEVS ita iuberet. G

Animam autem ponere pro ouibus est periculo mortis etiam graui & euidenti se exponere, pro salute spirituali aliorum, qui essent constituti in extrema necessitate spirituali, tũc vnusquisque tenetur, *S. Tho. 2.2. quæst. 26. art. 5. & alij, apud Gomes. de pot. in se ips. lib. 2. c. 4.* vbi etiam tradit Pastorem obligari etiam existente tantum graui necessitate. quod etiam confirmauit, *M. Ant. Genuen. c. 29. in Man. Pastor.*

Præterea tenetur Episcopus non solum procurare necessaria saluti animarum, sed etiam valde vtilia. *Suarez super 3. p. D. Tho q. 72. disp. 38. sect. 2. & omnes,* Quod apertè probatur: nam tenetur conferre sacramentum confirmationis, quod non est necessarium ad salutem, quamuis vtilissimum sit; visitare singulis annis diœcesim, facere synodum, & multa alia, quæ semper non sunt necessaria, sed summæ vtilitatis. *M. Ant. Genuen. c. 28. nu. 3. in Man. Pastor.* H

Tenetur etiam ponere vitam pro defensione bonorum

A Ecclesiæ *gl. not. in capit. conuenior. 23. quæst. 8. M. Ant. Genuen. num. 4. d. capit. 28.*

De assiduitate quam residentiam vulgo dicunt.

1. SALVATOR noster nunquam, dum super terra vixit, oues suas Petro, aut alteri commẽdauit, ne Episcopis exemplum daret, vt per alios regerent oues; sed postquã surrexit à mor-
B tuis, & non ante, dixit Petro: *Pasce oues meas, Ioan. 12.* Quamuis ante mortem promiserit se daturum claues Petro, eas tamen non nisi post mortem dedit, quando iam prope erat, vt corporali visibilique forma à nobis ad Patrem recessurus esset. *M. Ant. Genuen. in Man. Pastor. cap. 31. num. 8.*

2. CHRISTVS à persecutoribus aliquando se subduxit *Io. 11. & Io. 7.* non quia potentia eius defecerat, inquit *Aug. tract. 49.* sed in hominis infirmitate viuendi exemplum discipulis monstrabat, in quo apparet non esse peccatum,
C si Pastores qui sunt membra eius oculis persequentium se subtraherent, & furorem sceleratorum latendo potius deuitarent, quam se offerendo magis accenderent. *Maldon. in d. cap. 11. Io. Rutil. Benzon. in spec. Episc. disp. 1. quęst. 1. concl. 4. latissimè distinguit Paris. lib. 5. q. 3. num. 117. cum seqq. de resign. benefic.*

3. Prouideant tamen de necessarijs ad salutem plebis sibi commissæ ne periculum spirituale immineat, *cap. aduersitas. §. hoc tantum 7. quæst. 1. D. Thom. 2. 2. q. 185. ar. 5. Rodriq. c. 38.*
D *num. 1. p. 2.* sunt autem quatuor causæ quæ excusant ab assiduitate, seu residentia, Christiana charitas, vrgens necessitas, debita obedientia, ac euidens Ecclesiæ vel reip. vtilitas, *C. Tr. sess. 23. capit. 1. de reform.*

De

E


De Visitatione.

1. EPISCOPI volentes visitare suam diœcesim, debent prænunciare per tempus congruũ diem aduentus sui, cum literis hortatorijs, vt visitandi se præparent ad excipiendum vti decet Pastorem. Exemplo CHRISTI qui volens visitare Templum Iudæorum misit duos ex discipulis suis ad denuntiandum tempus sui aduentus, *Matth.c. 21. Paul. Fusc.lib. 1. de visit.& reg.Eccl.c.4.nu.2.3.4.* F

2. Accendi debet Episcopus illo viuo exemplo, & instructione Saluatoris nostri, qui cùm esset Pastor bonus, circuibat omnes ciuitates, & castella, docens in synagogis eorum, prædicans Euangelium regni, curans omnem languorem & infirmitatem, videbat turbas, & miserebatur eis, quia erant vexati & iacentes sicut oues non habentes Pastorem, *Matth. c.4.& c.9.* Quæ CHRISTI actio est nostra instructio, vt discurrentes per diœcesim animarum saluti incumbamus, *M. Ant. Gennen.cap.34.Man. Pastor.* G

3. Visitationis vtilitas colligitur, *ex Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap.3.*

De electione.



1. ORATIO præmittenda. CHRISTVS ante electionem duodecim, quos Apostolos nominauit, quibus succedunt Episcopi in Ecclesia DEI, *exijt in montem orare & pernoctauit in oratione DEI. & cum dies factus esset, vocauit discipulos suos, & ex ipsis elegit duodceim Luc. 6. Aluarez in speculo Princip. cap. 5. in fi.* H

2. Dignitates propter merita & labores conferendæ. Ex quo D. N. nomina retulerit IESV Nazareni, Regis Iudæorum propter sanguinem effusum. (Namq; IESV nomen tunc inditum fuit cum circunciderctur. Nazareni quan-

do ca-

A do captus fuit ab hostibus in horto. Regis tandem Iudæorũ quando in cruce pepẽdit.) Hinc nos docuit nomina & titulos dignitatesq́; solùm ꝓpter merita & duros labores cõparãda.

3 Scientia & integritas potissimæ sunt partes & conditiones eligendi. Qui diuino cultui præsunt non locorum, vel generis, sed scientiæ ac virtutum splendore innotescere debent. *c. nos qui præsumus 49. dist.* Et Saluator noster nos manifestè docuit, dum in Apostolorũ numerum Paulum dũtaxat, & Bartholomeum nobiles cooptauit (erat enim Bartho- B lomeus Syriæ Regum origine clarus) *vt not. gl. in c. Venerabilis de præben. & aliàs in c. quoniam in ver. inuidia. 24. q. 1.* inquit Petro piscatori successorem quærimus, nõ Augusto: *Infima enim mundi elegit DEVS, vt confundat fortia. Paul. 1. ad Cor. Iacob. Benn. de priuil. I.C. priuil. 30. p. 2. n. 1. 2.*

4. Dignus quomodo censeatur. Dignum vocamus ad Ecclesiastica beneficia; quicunq; habet sufficientiam & omnes partes requisitas ad prædicta munera, prout oportet ministranda, licet comparatione alterius maiorem sufficientiam C habentis, vtiliusq; administraturi minus dignus existat: indignum verò absolutè, qui prædictã sufficiẽtia simpliciter caret. Porrò maior dignitas non ex probitate maiori cuiusq; secundum se, sed ex maiori aptitudine ad ministeriũ rectè obeundum spectanda est. Vnde is, qui maiori diligentia, ac dexteritate administraturus creditur, meliori præferendum esse: *rectè sentit Sot. 3. de iust. qu. 6. ar. 2. Con. 2. p. reg. peccatum, §. 7. post Maiorem in 4. d. 24. q. 6. & alij.*

Præcipuè verò partes quo ad Ecclesiastica beneficia, sunt D fidelitas (sub qua probitas intelligitur) ac prudentia (sub qua scientia comprehenditur) iuxta illud CHRISTI Domini, *Matth. 24. Quis putas est fidelis seruus, & prudens, &c.*

Præcipuè attendi debet in eligendo eminentia diuinæ dilectionis. *D. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 3. ad 1.*

In omnibus Ecclesiasticis ordinibus & ministerijs ætatis maturitas, scientia, & morum honestas, requiritur, *c. cum in cunctis de elect. c. licet canon. de elect. in 6.*

5. Consanguineis idoneis tamen rectè conferuntur beneficia, *Parisf. lib. 14. q. 7. num. 21. Abbas cap. quia clerici de iu. patr. & cap. vt super de reb. Eccl. non alien. & cons. 96.* & rectè resignantur, *Parisf. lib. 4. quæst. 8. num. 6. 7. de resign. benef.* sic fundans capellaniam potest adijcere conditiones iuri conformes pro suo arbitratu & censetur illa conditio legitima, vt præsentandus sit de eius genere, *Dominicus capit. cum Ecclesia, num. 3. de præbend. in 6. Roch. de Curte de iure patr. u. honorificum. num. 43.* Cùm & CHRISTVS redemptor noster elegerit ad Apostolatum consanguineos filios Zebedæi. E F

Sic Prælatus potest bona Ecclesiæ solita infeudari, dare consanguineis. *communem dicit Bursat. consil. 127. num. 4. & 78. lib. 2. Parisf. lib. 9. de resign. benef. quæst. 17. nu. 124. Illephons. Perez lib. 2. cap. 2. de anniuersar.*

Consanguineus Episcopi idoneus, iuxta ordinem charitatis debet præferri alteri æquè idoneo, sed non magis idoneo, neque alteri quando adesset scandalum, si Prælatus conferret consanguineis, quia alij sumerent malum exemplum cõferendi, etiam non idoneis, tunc Episcopus non debet conferre consanguineis æquè idoneis, *S. Tho. 2. 2. quæst. 63. art. 2. concl. 4. & quodlib. 4. quæst. 8. art. 15. dicit tamen Host. quem sequitur Ant. in cap. tuam, de ætà. & qualit.* quod Episcopus posset conferre beneficium simplex consanguineo indigenti omisso digniori, non autem curatum, quod est notandum nec *S. Tho.* loquitur quando consanguineus est pauper, *Salon verò super d. quæst. 63. art. 2. concl. 4.* dicit quod si Episcopus haberet in animo semper conferre beneficia cæteris paribus, consanguineis; esset in periculo peccandi mortaliter, quia habens hunc animum, & affectum sæpe merita imparia ob talem affectum, qui facile iudicium perturbat, iudicabit paria: sicut ille Iudex qui habet propositum cæteris paribus semper ferendi sententiam pro amicis, *Medina de pænit. lib. 1. c. 16. §. 1. M. Ant. Genuens. cap. 38. Man. past. nu. 5.* G H

Quatenus verò erogare possit Episcopus consanguineis de re-

A de reditibus Ecclesiæ apertè docet *Sacrum Conc.Trid.sess.25. cap.1.de reform.ibi (Omnino verò eis interdicit, ne ex reditibus Ecclesiæ consanguineos, familiaresue suos augere studeant, cum & Apostolorum canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quæ DEI sunt, consanguineis donent; sed si pauperes sint, ijs, vt pauperibus distribuant, eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causa: imò, quam maxime potest, eos sancta Synodus monet, vt omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosque carnis affectum, vnde multorum malorum in Ecclesia Seminarium*

B *rium extat; penitus deponant &c.)* eadem probantur *c. est probanda.86. dist. & cap. decenter 89.dist.D.Tho.2.2.quæst.185. art.7.ad 2.Aluar.Pelag.lib.2. de planctu Ecclesiæ cap. 15. Petr. Binsfeld. in capit.12.de simo.quæst.3. M.Ant.Genuens. cap.46. in Man.Pastor. Hieron. de Cauall.quæst.275. Alciat.reg. 1.præsumpt.29.*

6. Electio est faciẽda de magis idoneo & digniore, *Alex. Alens.2.p.quæst.136.m.2.S.Tho.2.2.quæst.63.art.2.ad 3.& q. 185.ar.3.& quodlib.6.ar.9.& alibi. S.Anton.2.p.t.1.c.20. §.1.*

C *Petr.Duennas reg.236.Couarr.in reg.peccatum 2.p. relect. §.7. per tot.Petr.Rebuff. in rep.cap.postulastis de cler.excom.min.Iacob.Bennius de priu.I.C.priu.29. num. 5. Guttierez latè lib.2. can.qq.cap.11.Card.Peleot.de sacri consist.consult.p.4.quæst.1. Petr.Binsfeld. ad c.12.de simo.q.13.concl.5.Andr.Vega lib.19. in 10.c.decreti de iustificat.c.3.*

Probatur exemplo CHRISTI *cap. 21. Ioannis* cùm enim D. rogasset Petrum an plus eum cæteris diligeret, neq; ille propter eximiam suam humilitatem aliud respondisset

D quam, *etiam Domine, tu scis, quia amo te*, perinde tamen ac si verissime respondisset, se eum amare præ cæteris, subiecit illico Dominus. *Pasce agnos meos.*

Probatur clarè *ex C.Trid.sess.24.c.1.de reform. §.omnes verò.* Dum affirmat mortaliter eos, qui ad promotionem præficiendorum ius à Sede Apostolica habent, peccare, nisi quos digniores iudicauerint, Ecclesijs præfici curauerint. *& sess. 24.cap.18.*

 Pro-

Probatur ex forma iuraméti exigendi ab electoribus præscripta *in Conc. Basilie. Ego N. iuro, & promitto omnipotéti DEO, & N. sancto, vel sancta, sub cuius vocabulo dedicata est hæc Ecclesia, eum eligere, quem credam in spiritualibus & téporalibus Ecclesię futurum vtiliorem, nec illi vocem dare, quem verisimiliter sciuero promissione, aut datione alicuius rei temporalis, seu prece per se aut per alium interpositis: aut aliàs qualitercunque directè vel indirectè pro se electionem procurare.* E

Rationes afferũtur. Qui præficit dignũ pretermisso digniori, necessariò id facit ex aliqua ratione ad electioné minime pertinente, nempe ex amicitia, consanguinitate, precibus, & sic de similibus. Sed hæc est manifesta acceptio personarum ergo. Deinde collatores beneficiorum, & dignitatum in Ecclesia DEI sunt dispensatores ministeriorum DEI. *1. ad Cor. 4. in quibus requiritur sinceritas, & fidelitas iuxta illud CHRISTI. Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.* Sed prudés dispensator optimos quosque, quos potest eodem stipendio seruos constituit pro seruitio Domini sui, ne fidei suæ desit. F

Hæc sententia præsertim habet locum in foro conscientiæ *Sarnens. c. 2. de const. in 6. n. 22. qui ait communem.* G

Sed in foro exteriori valet electio facta de digno, omisso digniori ob salutẽ reip. ne litibus omnia inuoluãtur, idq; propter difficultatẽ ꝓpésionis meritorũ cuiuslibet quæ quotidie essent in foro discutiéda, *ac ita fuit resolutũ à Rota in vna Tolet. anno 1584. Benn. d. priu. 29. n. 6. 7. Io. Guttierez. d. libr. 2. can. qq. c. xj. n. 13. 16. M. Ant. Genuen. in Man. Pastor. c. 38. n. 6.*

Cęterùm electio ad parochialem Ecclesiam fieri debet de magis idoneo, atq; illi, & nõ alteri collatio ab Ordinario faciẽda est, vt cauetur *in Conc. Trid. c. 6. sess. 21. & clarius, c. 18. sess. 24.* Et ideo si quis vti dignior ab eodem Ordinario grauari prætendat, poterit, electione tamen per Ordinarium facta, interim debitæ executioni demandata, causam coram competente Iudice prosequi, *idq; vigore Bullæ bo. mem. Pij V. super Collat. Paroch. Eccles. Bennius vbi supr. n. 8.* H

Quæ

A Quæ constitutio Pij V. ita demum locum habet si appellans doceat de dolo & irrationabili iudicio Episcopi, vt apparet ex illius narratiua in proemio, ibi personis minus idoneis, carnalitatis, aut alium humanæ passionis affectum, non rationis sequentes, &c. *Gonzal. gl. 4. nu. 139.*

In tribus tamen casibus eligens dignum excludendo digniorem peccat solum venialiter.

Primus est quando est exiguus excessus inter ipsa beneficia, licet sit excessus notabilis inter personas, vt conferre beneficium centum digno, & digniori sexagintaquinque.

B Secundus est, quando est exiguus excessus inter personas etiã si sit excessus inter beneficia, vt si cõferatur Petro digno beneficiũ centũ, & Ioanni Paulo digniori sexagintaquinq.

Tertius est, quãdo eligitur dignus omisso digniori, sed beneficium vel munus est exigui momenti in Ecclesia. *Salon. vbi sup. contr. 3. in princ. M. Ant. Genuen. in d. cap. 38.*

Excipiuntur nonnulli casus in quibus sine peccato etiam idonei præferuntur dignioribus.

C 1. Magis idoneo extero cęteris parib. pręferrĩ idone⁹ de Ecclesię gremio. *Abb. ĩ c. cõstitutus de appel. S. Tho. 2. 2. q. 63. ar. 2*

2. Idoneus de genere fundatoris pręferri debet extraneo cæteris tamen paribus, *M. Ant. c. 38. nu. 3.*

3. Consanguineus idoneus cæteris paribus præferri potest alteri æque idoneo, *M. Ant. Gen. d. c. 38. n. 5. & dixi supra.*

4. Præferẽdus est minus doctus modo idoneus, quando eius mores sunt noti, & approbati, doctiori cuius vita ignoratur. *Sacra Congr. Conc. Gonzalez. gloss. 4. n. 112.*

D 5. Emẽdatus de crimine videtur pręferend⁹ illi qui nũquã deliquit. *gl. vlt. in fi. in c. obeuntib. 63. dist. & gl. in c. fidelior. 50. dist. Rom. sing. 732. incip. sunt duo electi. Ripa in c. eam te, n. 33. & seqq. de rescr. & est communis Granut. theor. 23. nu. 20.* Præsertim quando quis eligeretur ad honores & dignitates quæ annexam habent iurisdictionem. *Dep. in c. at si clerici §. de adult. de iudic. Lambert. 3. p. 2. lib. q. 5. ar. 14. pag. 229.* Exẽplo Dñi nři qui prętulit in Apostolatu Petrũ emẽdatũ Iõi qui

nunquam

nunquam peccauerat. magis enim eligendus est is qui misericors esse didicit, vt exemplo sui, sciat alijs misereri iuxta illud. *Non ignara mali miseris succurrere disco. Virg.* E

Sed cæteris paribus præferrem eum qui semper fuit bonus & fidelis liberius enim poterit reprehendere; & corrigere quam qui aliquando fuit peccator. qua fronte poterit alios reprehendere, qui in simile delictum corruit? *25. dist. c. 1. & 48. d. c. 1. & 2. cum alijs adductis ab Ant. Cordub. quæst. 54. in fi. vlt. dub. lib. 1.*

6. Quis autem dicatur magis idoneus an theologus, an canonista. est maxima controuersia inter Doctores. Theologi tuentur eam partem vt ipsi præferantur, *D. Tho. & eius discipuli in 2. 2. quæst. 63. ar. 2. Caiet. 2. 2. quæst. 185. ar. 4. Salon testatur de communi. Ab hac op. stant Alcia. in rubr. C. de summa Trin. num. 2. Rota decis. 301. nu. 1. p. 2. diuers. Rebell. p. p. lib. 3. q. 5. num. 6. de oblig. ex delicto.* F

Ea ratione mouentur, quod theologus sit magis idoneus ad præcipuum pastum omnibus exhibendum per doctrinam salutis. Hinc Dominus sæpe dixit Petro. *Pasce oues meas Io. 21.* quod ad doctrinam sacri interpretes referunt, *Maldon.* G

Videtur etiam hæc eadem sententia confirmari auctoritate *Conc. Trid. sess. 22. cap. 2. & sess. 24. cap. 18.* vt animaduertit Rebellius, vbi primo loco nominantur theologi, subinde canonistæ.

Ego verò cum nostratibus sentio adhibita cõmuni distinctione vt si Episcopalis Ecclesia sit hæreticis vicina, præferatur theologus Iurisperito. cùm enim de fide orthodoxa sit disputandum magis idoneus erit Theologus quam iurisperitus. Quod si episcopatus non sit hæreticis propinquus, tunc videtur canonum peritus magis idoneus. quia poterit oues sibi creditas ad meliorẽ frugem reuocare ex Doctrina Canonum. meliusque causas quæ emerserint, discutiet, quam theologus faceret qui altissima ex penitissima scientia & Sacra Doctrina penetrare conatur de DEO, mentibus beatis, superis, Ideis, animorum immortalitate & id genus, quæ H

vt

A vt necessaria apud fideles ac Catholicos constantissima fide tenẽtur & subinde à concionatoribus inculcantur præterquã quod qui recte calluerit canones, decreta, res etiam ad animarũ salutem necessarias attingere videtur, & illa etiã quæ à theologis traduntur, ex fonte, id est Pontificio iure, Oecumenicis concilijs haurit. *Conueniunt Sylu. scientia 5. dicto. Io. de selua p 3. q. 5 num. 5. Iacob. Benn. de priu. I. C. p. 2. priu. 25. vbi multos adducit & priu. 27. Barthol. Vgol. de offic. & pot. Ep. c. 1. §. 1. num. 3. vbi & ipse alios profert.*

B Nec facessit negocium Sacrum Concil. quando enim sumus in coniunctiua oratione non consideratur ordo scripturę *Lazar. fænut. de mom. temp. c. 17 per tot.* In his enim quæ vnico contextu cõcipiuntur, non inspicitur ordo *l. quidam de pec. leg. & in rub. ff. de act. & oblig. Cassad. decis. 4. nu. 2. de reseruatio.* Videtur itaque Sacrum Concil. æqualiter Iurispontificij peritos atq; Theologos admittere ad Episcopatus regendos. vt opinatur *Petrus Cenedo collect. 51. num. 5. ad decretum in fi. ad c. volumus 11. quæst. 1.*


C 8. Denique Episcopus non debet inquirere magis idoneum quando habet confirmare electum, aut præsentatum, sufficit enim vt sit dignus nec potest compellere patronos vt præsentetur magis dignus *D. Tho. d. ar. 2. Caet. in summa in u. beneficia Ecclesiastica.* Viderint tamen sibi præsentantes, aut eligentes quando eligere aut præsentare potuerunt meliorem, nam irretiuntur peccato lethali, esto, subsistat electio. *M. Anton. Genuens. vbi supra num. 6.* si tamen plures fuerint præsentati, aut electi,

D tunc Episcopus magis idoneum cõfirmabit, aut instituet *Illustrissimus Card. Palaot. de Sacri Cõsist. consult. par. 4. quæst. 1. versic. secunda igitur est quæstio.*

De

De concionatoris officio. Cap. XXIII.

E



1. QVALES debeant esse qui Sacra Euangelia docent. CHRISTVS ipse suo exemplo declarauit, qui prius cœpit facere deinde docere *Diu. Tho. 3. p. quæst. 81. art. 1.* Noluit etiam CHRISTVS docere ante perfectam ætatem, esto sapiẽtia diuinitus infusa præditus esset. ne ante perfectam ætatem aliquis præsumptuosè prælationis gradum, & docendi officium assumat: nam secundum legem communem ante 30. annum nullus admittitur ad docendũ. Vnde *Gen.* 40. legitur quod 30. ann. erat Ioseph quando suscepit regimen Aegypti. similiter 2. *Reg.* 5. legitur de Dauid, quod 30. ann. erat cũ regnare cœpisset. Item Ezechiel etiam ante 30. non cœpit prophetizare: vt habetur *Ezech. 1. D. Tho. 3. p. q. 39. ar. 3, ad 2. & 3. cap. presbyter. 78. dist.* F

Præterea requiritur synceritas fidei ac religionis. Quum ergo prandissent: dixit Simoni Petro IESVS, *Simon Ioannis, diligis me plus his? Io.* 21. Huius inquisitionis CHRISTI de dilectione Petri summa est: non sunt ad prædicationis officiũ admittendi, qui prius manifesta confessione suum amorem erga CHRISTVM & Euangelium non fuerint testati. Quî enim fieri potest syncerè prædicent, quando in animis hostes verbi sunt? Quare in eligendis verbi prędicatoribus, ante omnia curandum est, vt cùm doctrina pura, tum syncerus erga CHRISTVM animus cognoscãtur. *Claudius in cap. 21. Ioannis.* G

Debent concionatores esse à secularium rerum cura absoluti. Pauperem enim vitam duxit CHRISTVS quia hoc erat congruum prædicationis officio, propter quod venisse se dicit *Mar. 1. Eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni.* oportet autem prædicatores verbi DEI, vt omnino vacent prædicationi, omnino à secularium rerum cura esse absolutos, quod facere non possunt H

A qui diuitias posſident. Vnde & ipſe Dominus Apoſtolos ad prædicandum mittens, dicit eis, *Matth.* 10. *Nolite poſſidere aurum neque argentum*, aliæ rationes adducuntur *à D. Tho.* 3. *q.* 40. *ar.* 3 *in reſol.*

Debent bene callere linguam eorum quibus prædicant. CHRISTVS. D. N. ituros per vniuerſum mũdum ad euangelizãdum Apoſtolos, in omni linguarum genere, fore voluit eruditos relinquens exemplum vt deberemus curare vt omnigenæ linguæ peritiam præſertim infidelium concionatores
B calleant, quò faciliùs infidelium animos DEO lucrifaciamus, *Clem.* 1. *de magiſtr.*

Debent in primis eſſe periti ſacrarum literarum antequam doceant alios. CHRISTVS enim prius docuit Apoſtolos, deinde eos ad prædicandum miſit, *c. qui Eccleſiaſticis* 36. *diſt.*

Non ſemper prodire debent in publicum. Vt daret exemplum prædicatoribus, quod non ſemper ſe darent in publicum, ideo quandoque Dominus ſe à turbis retraxit, *D. Tho.*
C 3. *p. q.* 40. *ar.* 1. *ad* 3.

Qui aliquando fuerint infames, non ſunt admittendi ad concionatoris officium. Proinde CHRISTVS, quem ſanauerat à dæmonum agitatione & ſi rogaret vt ſibi liceret cum CHRISTO eſſe, tamen eum dimiſit dicens. *Redi in domum tuam, &c. Luc.* 9. quia noluit vt eſſet diſcipulus ſuus propter præcedentem infamiam nam licet vir bonus eſſet, non tamen erat aptus ad prædicationem: quia eſſet ſcandalum & contemnerentur verba in ore eius, *Abul. c. xj. Numer.*
D *quæſt.* 38.

2. Quomodo concionandum ſit. De modo concionandi D. Pauli, *fuſe Baron. anno* 57. *pag.* 447. *cum ſeq.*

Dominus noſter, & Ioannes Baptiſta incæperũt à virtute pænitentiæ, *D. Bonau. in* 4. *d.* 16. *ar.* 1. *qu.* 2. *ad* 2. *p.* 2. *Gratian. in c. voluiſſent* 60. *prope fi. de pænit. d.* 1. quo exemplo S. Ioannes Chryſoſt. in prima ſua concione eundem ſermonem exorſus eſt. *M. Ant. Genuen. in Man. Paſtor. c.* 32. *nu.* 4.

L Qui

Qui de moribus, & rebus quæ ad benè beateque viden- E
dum pertinent, cum ratione ſcripſere, omnes à finis tracta-
tione initium iure optimo ſumpſerunt, vt *Ariſt. lib. 1. Ethic. &
2. Phiſic.* vt Dauid & CHRISTVS Dominus in ſua pri-
ma Concione fecit, *Matth. 5. Lud. Carbo in ſumma lib. 2. tom. 1.
c. 1. pag. 30.*

Hoc à Concionatoribus mandetur memoriæ, & obſerue-
tur, vt primum iaciatur doctrinæ fundamentum, vt quid
ſibi velint verba ſacræ ſcripturæ, explicetur: deinde ad mo-
res, animi auditorum excitentur, quod B. Paulum in om- F
nibus ſuis Epiſtolis, & ſanctos Patres, B. in primis Chry-
ſoſtomum, & S. Leonem Pontif. feciſſe, licet obſeruare.
Alia genera, niſi neceſſitatis, aut magnæ vtilitatis cauſa non
adhibeantur *Valer. c. 55. in fi. lib. 3. de rhet. Eccl.*

Cauendum eſt concionatoribus ne nimiam in loquendo
diligentiam ſectantes, in vanitatis ſuſpicionem incidant, &
dum ſermonis elegantiam ſtudiosè ſectantur, obſcuriores
fiant. Nam præclare B. Auguſt. inquit: malo, vt me repre-
hendant Grammatici, quam non intelligant populi, eligens G
magis in barbariſmis, damnantibus Grammaticis, intelligi,
quam in mea diſertitudine, auditores deſerere. *Aug. Valer.*

Prædicatio Epiſcopi vt in eius conſecratione dicitur non
debet conſiſtere in perſuaſibilibus humanæ ſapientię verbis,
ſed oſtenſione ſpiritus virtutis, qua de re opprobrium eſt
Epiſcopum qui redditurus eſt rationē, ſi non docuit viam ſa-
lutis & vitia non redarguit, prædicare conceptus inutiles, vt
videatur hominibus ſapiens. *Vnde in c. cum multa. diſt. 88.*
Habetur graue nefandumq; eſſe Epiſcopum prædicare ſim- H
plicibus ea quæ non intelligunt, & qui talia prædicat, dicitur
prædicare ad ſui oſtentationē. *c. vlt. 43. diſt.* Ibidē dicit Pau-
lus, *1. ad Cor. 14. In Eccleſia volo quinq; verba ſenſu meo loqui,
vt & alios inſtruam, quam decem milia verborum in lingua.*
Et de CHRISTO dicitur: *Marc. 4. loquebatur eis verbum
pro vt poterant audire. Et Io. 7. Clamabat IESVS in templo do-
cens:* Quia cum vehementia ſunt redarguenda vitia. *Marc.
Ant.*

A *Ant. Geneuen. in Man. Pastor. cap. 32. num. 3.* Hinc propter feruoris excessum existimati sunt Apostoli vino ebrij. Diuusque scribit *Marcus cap. 3. cum prædicaret Dominus audierunt id sui, & exierunt tenere eum: dicebant enim quoniam in furorem versus est. Seraph. firm. probl. 96.* Aderat mater sanctissima cum cæteris, sed non eo affectu quo alij, vt existimaret filium in furorem esse conuersum ac teneret eum: sed maternis visceribus filio hæc patienti compatiens præsto erat, sicut & passionis tempore nouimus
B accurrisse. Et quem ad modum tunc cum operaretur salutem in medio terræ, eam non proprio nomine, sed communi, mulierem appellauit: sic & in præsentiarum verbo prædicationis intentus, quasi nullo moueretur carnis affectu, in eum modum voluit respondisse, hoc est, quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse frater meus, & soror mea, & mater est. *Baron. anno 32. CHRISTI.*

In fine Concionis præsertim vtilia dicenda sunt. In
C nouissimo autem die magno festiuitatis stabat IESVS, & clamabat, dicens: *Siquis sitit, veniat ad me, & bibat. Ioan. 7.* Præbuit exemplum Concionatoribus vt in extrema potissimum parte concionis aliquid in primis vtile dicant, quod abituri statim auditores quasi nouissima verba perpetuò recordentur. *Maldonat. ibid.*

Varia explicationum genera proponuntur. Hoc in primis explicationi sacrarum literarum necessarium est, vt varios sensus, varia expositionum genera interpres teneat. Sunt au-
D tem quatuor sensus, siue expositiones, quas describimus.

Historicus sensus, siue literalis, tropologicus, siue moralis, allegoricus, & anagogicus. Sic definimus sensum historicum, rei gestæ narrationem, ac verborũ seriem, communi & vsitata voce, siue propria, siue methaphorica, rem ipsam repræsentantem; propria voce explicantur, animalia, leo, homo; metaphorica, agni, & leonis nomine significatur. Tropologicam definimus, siue moralem, expositionem, quæ

ad vitæ emendationem, mysticos sensus accommodat. Allegoricam, quę rerum gestarum narrationem, vmbram futurarum prætulisse demonstrat. Anagogicam, qua, ad sacratiora cœlestium figurarũ pręcepta, animus euehitur. Vno elemento aquæ, quatuor, quos enumerauimus sensus, expressos declaremus historico sensu, aqua elementum vnum e quatuor significat; quo sensu interpretanda sunt illa verba: *congregentur aquæ in locum vnum*: Sensu morali, aquæ tribulationes indicantur, vt expressit vir diuino Numine afflatus, cum in Psalmo dixit: *Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium*. Allegoricè, sanctissimum baptismi sacramentum, aquæ vocabulo significatur, quod admirabilis ille Propheta ostendit illis verbis, quæ veluti à DEO prolata essent, protulit: *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris*. Anagogicè, aqua æternam beatitudinem exprimit, vt fecit Hieremias Propheta: *Me dereliquerunt fontẽ aquæ viuæ, & foderunt cisternas dissipatas*: & quia omnium Magister, & Dominus IESVS CHRISTVS, tria priora expositionum genera adhibuit, eius exemplis contenti, alia perquirere superuacaneum putamus, quartæ expositionis, nimirũ anagogicæ, à S. Paulo Apostolo exemplum petemus. Exposuit D. N. legem Moysi, de dando repudio, historico sensu, cum dixit Iudæis: *Moyses propter duritiam cordis vestri, permisit vobis, dimittere vxores vestras, à principio autem non fuit sic: dico autem vobis, quicunque dimiserit vxorem, nisi fornicationis causa, & alteram duxerit, mœchatur; & qui dimissam duxerit mœchatur*. Tropologicum sensum adhibuit idem Saluator, cum historiam Niniuitarum, & aduentum reginæ Austri ad Salomonem narrans, ea ratione, perditissimos Iudæorum mores redarguit, atque eorum incredulitatem. *Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quia in prædicatione Ionæ egerunt pœnitentiã, & ecce plusquam Ionas hic. Regina Austri surget in iudicio cum generatione hac, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ*

audire

A *audire sapientiam Salomonis, & ecce plus quam Salomon hic.* Allegoricæ expositionis exemplum dedit, cum Iudæos alloquens de Ioanne Baptista, dixit. *Helias quidem venturus est, & restituet omnia, dico autem vobis, quia Helias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eum quæcunq; voluerunt;* significans his verbis. Heliam in veteri Testamento fuisse typum, & vmbram vitæ Ioannis, qui ab exordio noui Testamenti venit in spiritu, & virtute Heliæ. Anagogica expositione vsum B. Paulum in Epistola ad Hebræos possumus ob-
B seruare; cum terram illam Palestinorum, patribus repromissam, accommodat ad promissionem diuinæ gloriæ, terram illam tantopere à Patriarchis desideratam, & tot peregrinationibus, quæsitam; non esse præsentem, visibilem, terrenam illam regionem Cananeorum, sed futuram, inuisibilem, atq; cœlestem patriam, meliora habentem fundamẽta, cuius Deus est artifex, & ciuitatem DEI viuentis, Hierusalem cœlestem, multis Angelorum millibus ornatam. *Valer. lib. 3. de rhetor. Eccl. c. 52.*


C 3. Hæc de concionatore ipso, nunc aliqua de Auditoribus dicenda statui. Sit certissima propositio. Verbum DEI ad salutem consequendam est necessarium. CHRISTVS enim dixit esse semen, *Luc.* 8. quo videlicet generamur filij DEI: iuxta illud, *Iacobi* 1. *Genuit nos, Pater videlicet æternus, verbo veritatis fuse probatur apud Franc. Georg. to. 4. de Euang. sect. 7. probl. 410. in expurg.*

Addo probari etiam *c. 17. Io. ibi (sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me)* dixit per verbum, tum quia
D fides ex auditu est, auditus autem per verbum; tum vt ostendatur quam vesani sunt, qui neque lectionem aliquam legere, neq; verbum vllum quo doceantur audire volunt, dicentes se solum ex spirituali meditatione pendere, adeo contemnunt verbum, vt certo affirment res externas, signa, viuam vocem prædicationis, nihil prodesse ad fidem in corde. His male feriatis hominibus objiciendus est hic textus. *Qui credituri sunt per verbum eorum in me:* quo apertè ostendi-

ostēditur audibile & vocale verbum prædicatorum, esse cau- E
sam seu occasionem ad fidem: Ideo concludendum est verbum esse vtile & necessarium, non tantum auribus, sed etiam cordi & interno homini, *Claud. in d. cap. 17. Ioannis.*

Proinde falluntur ij, qui cum viri sapientes circa Sacras Scripturas sint, sermones verborum DEI à prædicantibus audire contemnunt, dicentes se hæc præcognouisse, quæ à prædicantibus audituri sunt. nam non est sola vtilitas prædicantis, vt nescientes erudiantur, sed & adhuc potissima est, vt scientes secundum habitum tepidum, audito verbo DEI F
ad feruorem quendam redeant: & meditatio ex nouo auditu eos firmiores ad resistendum vitijs efficiat, qui forte secundum habitum cognoscentes tentationi succubituri erant. *Abul. cap. 1. Iosue quæst. 29.*

De Principis officio & cura. Cap. XXIV.



OTISSIMA Principis cura debet esse religio. vt docuit D. N. cùm expulerit de templo emen- G
tes & vendentes. *Matth. 21. Io. 2. Luc. 19.*

Nihil est quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe. Nihil est, quod ita nequeat occasui subiacere, quam vera religio, *Epistola inter claras, C. de summa Trin.* Hinc Theodosius moriens nihil aliud filijs mandauit, quam vt veram pietatem integram seruarent, per quam eos asseuerauit pacem habituros, & bello sopituros, trophæaque excitaturos & victoriam à DEO consecuturos esse. *Nicephor. lib. 13. Eccl hist. cap. 1. facit cap. Boni Principis.* H
96. dist.

2 Debet Princeps iustitiam colere: nullum discrimen personarum inducere. omnes æqua lance iudicare *cap. nouit, de iudic.* Iustitia enim causa est, cur principes amentur, honorentur, colantur. *Plutarchus in Aristide.*

3. Debet curare vt annona laxior sit & copia rerum sit in Ciuitate. Quemadmodum enim vt vitam pie, sobriè, ac iustè, tradu-

A traduceremus, & vitæ æternæ aditus nobis aperiretur, D. N. IESVS CHRISTVS propriam animam obtulit. sic etiam vt prouideret illis, qui se sequerentur, alimentis & alijs ad vitam necessarijs. his vt occasio se obtulit, sua extraordinaria potestate, id est miraculo voluit præsenti necessitati occurrere, illorumque incommodis prouidere, relinquens documentum perpetuum Principibus, vt omni contentione, studio, ope quanta maxima & in summa omni conatu quem maiorem exerere possunt, succurrant populo, annonam cu-
B rent, laxioremque reddant. *Fabius Albergatus lib. 2. cap. 6. de Cardinali.*

4. Quamuis Princeps sit solutus legibus, *l. Princeps ff. de legibus* tamen de honestate & directiua quadam vi leges seruare debet *c. iustum 9. dist. l. digna vox C. de legib. l. ex imperfecto ff. de leg. 3. l. ex imperfecto. C. de testam. §. fi. Instit. quibus mo. test. infirm. D. Tho. 1. 2. q. 96. ar. 5. ad 3. Roder. to. 1. qq. regul. q. 68. ar. 3. fuse.*

Sic voluit CHRISTVS baptizari quia voluit facere
C quod faciendum omnibus imperauit. Et hoc est quod ipse dicit: sic decet nos implere omnẽ iustitiam. *Vt enim Ambros. dixit super Luc.* Hæc est iustitia, vt quod alterum facere velis, prior, ipse incipias, & tuo alios horteris exemplo *D. Tho. 3. p. q. 39. ar. 1. in resp. & opusc. 60. ar. 9.*

5. Princeps etsi Prudentiss. adhibere debet consilium aliorum. CHRISTVS exemplo suo docuit petenda esse consilia, qui cùm nullius colloquio, seu collationibus indigeret, interdum tamen aliquos ex Apostolis consulebat quid
D esset facturus, quem ad modum cum dixit ad Philippum: *Vnde ememus panes? Io. 6.* aliquãdò eos procul abducebat, vt ab omni solicitudine liberi, prout S. Chrys. ait non dubitarent apertè dicere quid sentirent, & non de sua ipsorũ tantum, sed etiã de aliorũ sentẽtia eos interrogabat dicẽs: *Quẽ dicũt homines esse filiũ hominis & vos quẽ me esse dicitis? Matth. 16.* non ꝙ hinc eũ ab illis consiliũ quæsijsse dicãt, sed vt eos admoneret decere maxime, teneriq; aliqñ ipsos et Principes tametsi sapien-

ſapientia preſtent, nihilominus ad illius imitationem ſelectos plures bonos, prudentes ac veraces viros habere, à quibus quandoque ſciſcitari ſtudeant, quid de ijs homines ſentiant, quid ad populorum ſalutem aptius ab illis fieri poſſe iudicetur, quidue præcipue in eorum adminiſtratione à CHRISTI fidelibus deſideretur, *Card. Paleot. de Sacri Conciſtor. Conſult. p. 1. quæſt. 3.*

De legislatoris officio. Cap. XXV.

CHRISTVS datus vt redemptor cui fidant, vt legislator cui obediant, *Conc. Trid. ſeſs. 6. de iuſtificat. can. 21. Sot. lib. 3. de nat. & gratia, c. 2. in princ.* ſe præbuit optimum legislatorem, qui vtrunque vitæ genus aliquando probauit nimirum actiuam vitam & contemplatiuam, legislatoris enim eſt, ad omnia reip. reſpicere, vt ad partes corporis, animæ: ita vt actiuam vitam & cõtemplatiuam, ad actiones & contemplationes dirigat: ſicque actiones ad contemplationes, ac rurſus contemplationes ad actiones, tanquam ad fines ordinet, veluti bellum ad pacem, negotium ad otium, neceſſaria ad honeſta &c, *Ariſt. polit. c. 14. lib. 7.* F G

Licet non eſſet legi obnoxius, voluit tamẽ circuncisionem & alia legis onera ſubire, ad demonſtrandum humilitatis & obedientiæ exemplum *D. Tho. 3. p. q. 37. ar. 4.* & vt oſtenderet quamuis Princeps ſit ſolutus legibus, decere tamen ipſum ſecundum leges viuere, *Maiol. lib. 2. capit. 4. prope fin. de irregul. Decian. reſp. 14. num. 70. 71. in 3. vol. capit. ideo permittente 25. quæſt. 1.* H

Officium legislatoris eſt ſtudere publicę ſaluti. iuxta illud. Salus populi ſuprema lex eſto. h. e. vltima fęlicitas, *D. Tho. 1. 2. q. 90. ar. 2.* Ciuium commune bonum legumlator ſibi proponat. non tantum meliorum commodo ſeruiat, *Ariſt. lib. 3. Polit. c. 8.* Et præſertim agitur de publica vtilitate quãdo agitur de ſalute animorum, *Purpur. conſ. 531. nu. 10.*

Debet

A Debet Ciues assuefacere legibus sic enim bonos efficiet, *Arist. libr. 2. Ethic. cap.* 1. assuefaciet si easdem retineat; iuxta illud Hesiodi, lex vetus optima. Duo enim sunt ad rempub. conseruandam necessaria vt optimas & firmas leges habeat. Et vt viris optimis vtatur. Moribus antiquis res stat Romana virisque *Ennius.*

Et si aliquando mutandæ sint leges hæ tantum causæ iustæ sunt quibus mutentur vrgens necessitas, euidens vtilitas, *l. in rebus ff. de constit. Princip. Ludouic. Carbo. libro* B 7. *de legib. disp.* xj. Cauendum est, ne vnquam illud verè dici possit. *Fixit leges precio atque refixit. Virg. lib.* 6.

De officio Iudicis. Cap XXVI.

HVC pertinent quæ habentur *in cap. DEVS omnipotens,* 2. *q.* 1. vbi dicitur Iudices in iudicando non debere esse præcipites, exemplo Domini. Sed præuijs legitimis probationibus, esse profe-C rendam sententiam, neminemque sine accusatore & testibus condemnandum, vt fusè nouissimus auctor tradit *Iulius Ruginellus pract. qq. c.* 1. *n.* 23. *cum seqq.*

Occulta enim crimina punire non possunt Iudices sine accusatore. Exemplo fuit Dominus noster, apud *Io.* 8. *Mulier vbi sunt, qui te accusabant? Nemo te condemnauit? nec ego te condemnabo, c.* 1. *de accusat. c. de manifesta* 2. *q.* 6. *l. rescriptum* §. *si quis accusatorem ff. de mun. & honor. Simanc. de bo. haret. tit.* 9. *nu.* 218. *Scappius de iure non scripto, lib:* 3. *c.* 28. *n.* 3. 4. secus in manifestis, *c. manifesta.* 2. *q.* 1.

CHRISTVS proditori suo corpus proprium in cæna non denegauit, neq; illum à cõmunione remouit, *c. si Sacerdos de off. ord. D. Tho.* 3. *p. qu.* 81. *ar.* 2. *Alex. Alen.* 4. *p. q.* xj. *m.* 2. *ar.* 1. §. 4. *latè probat Lel. Zecchus de sacramẽto Euch. c.* 58. non defuere tamen qui existimarent Iudam non fuisse communione refectũ, vt *Hilar. Clem. Inn. Cyrill. Maldon. in c.* 26. *Matt.* Sic Parochus non debet denegare corpus Domini occultis

peccatoribus licet ipse nouerit esse indignos. Secrete tamen potest denegare. *Conueniunt omnes.* E

Sic etiã Ecclesia debet tolerare peccatores occultos exemplo CHRISTI qui Iudam tolerauit, *cap. exemplum 12. q. 1.* Et facit illud tritum. Ecclesia non iudicat de occultis, *c. erubescant dist. 32. & xj. qu. 5. c. consuluisti, cum alijs adductis per Lancell. lib. 1 reg. iur. Pontif.* quod procedit in foro contentioso, non in foro conscientiæ. *Card. Tusc. to. 3. concl. 15 lit. E.*

Debet autem Iudex secundum allegata & probata iudicare. *D. Tho. 2. 2. q. 67. art. 2. Doct. in c. pastoralis, de offic. deleg. Luc. de Pẽna in l. 2. C. de tabul. scribis. & c. lib. x. DD. in l. illicitas §. veritas ff. de offic. præsid. Masc. de probat. concl. 948. Vigell. in meth. iur. contr. libr. 2. c. 16. de off. iud. reg. 3. & 9. Capra reg. 32. Brun. à sole libr. propos. iur. v. Iudex. Card. Tusc. concl. 398. tom. 4. lit. I. Io. Guttier. lib. 2. qq. can. c. 29. Cenedo in collect. ad decret. c. 101. n. xj.* F

Comprobatur conclusio exemplo IESV Domini nostri, cui cum notissimum esset prodimentum, summaque iniquitas Iudæ Schariotti, eum antea damnare & culpabilem iudicare noluit quam eius malitia appareret, & ideo eum non minus quam alios insontes sacramenti participem fecit. *Asin. §. 3. c. 7. n. 2. de executio. pag. 36. versa.* Licet in contrariam sententiam iuerint. *Ang. de Clauas in summa, Coras. lib. 4. Miscell. c. 20. Vasq. lib. 1. controu. c. 14. Baconus in sententias.* G

Præterea Iudex debet imponere pænam delictis congruam, iuxta illud. Pro mensura delicti erit & pænarum modus, *c. 25. Deut. l. rescriptum. ff. de ijs quib. vt ind. Mandos. cons. 60. num. 15.* Hinc *Horat. serm. 1. satyr. 3.* Adsit H

Regula peccatis, quæ pænas irroget æquas
Nec scutica dignum horribili sectere flagello.

Hoc docuit CHRISTVS qui simplicibus mitior fuit. Mitius enim cum columbarum venditoribus agit: quibus indignabundus tantum dixit; *Auferte ista hinc, &c.* Et non subuertit eos. Si enim auiaria quibus columbæ clau-


debantur

A debantur, euertisset, euolassent columbæ, vnde his simplicibus viris multum incommodasset. Nummulariorum autem effudit ęs & mensas subuertit: quod grauius erat delictum. *Claud. Guillaudus in cap. 2. Ioan.*

Quatenus multitudo punienda sit, habes apud *Tiraq. causa 47. de pæn. temp. c. quoties. 1. q. 7.* præsertim capita, scelerumque architecti coercendi vt cæteri terreantur. Exemplo Domini qui peccata totius populi, morte paucorum punit, dum pro fornicatione totius populi, vna die viginti tria B millia hominum perierunt. 1. *Cor.* 10. *cap. Guilisarius in fin. 23. quæst. 4.*


Denique præclare admonet Iudices C.Tr. vt se pastores non percussores esse meminerint, atque ita præesse sibi subditis oportere, vt non eis dominētur, sed illos tanquam filios & fratres diligant, elaborentq; vt hortando & monendo ab illicitis deterreant, ne vbi deliquerint debitis pænis eos coercere cogantur. Quos tamen si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est ab eis seruanda pręC ceptio, vt illos arguant, obsecrent, increpent in omni bonitatate & patientia, cum sæpe plus erga corrigendos agat beneuolentia, quam austeritas: plus exortatio, quam comminatio, plus charitas, quam potestas. Sin autem ob delicti grauitatē, virga opus fuerit: tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum benignitate seueritas adhibenda est. *C.Tr. sess. 13. c. 1. de reform.* cuius loci tanquam insignis meminit *Io. Segura in direct. Iudicum 2. p. in princ. nu. 9.*

Hæc breuiter perstrinxi de officio iudicis, latius agam peD culiari tractatione si dabit DEVS, quam aggressus sum iampridem, sed nondum addidi colophonem.



De officio Medici. Cap. XXVII.

E



Gregie dicit Hier. *Matt.9.* quod quãdo aliqui erãt infirmi ob peccata sua, CHRISTVS bonus medicus, vt tolleret effectũ, tollebat prius causam, exemplũ est in Paralytico oblato, cui cum peteretur sanitas corporalis prius dixit CHRISTVS, remittuntur tibi peccata tua: Quare? Quia (*inquit Hier. vt secuti sunt omnes recentiores*) hæc infirmitas erat ex illis quæ dantur ob peccatũ, & ideo CHRISTVS, vt auferret effectum abstulit prius causam. Et verè quod multi infirmẽtur ob peccata, duo sunt loca expresse præter istũ Paralytici. pˢ est *Io.5.* vbi post quam CHRISTVS sanauit Paralyticum, ait, *Ecce sanus factus es iam amplius noli peccare, ne tibi, quid deterius contingat*, locus secundus est, *1. Cor. 11.* vbi Paul. ait, multos ob indignè sumptam Eucharistiã laborasse, & alios mortuos esse. *Fusè probat ex nostris Tiraq. c. 31. nu. 306. cum seqq. de nobilit.* Hinc colligere licet quantũ medici accurati esse debẽt, vt infirmi cõfiteãtur statim peccata, nõ modo quia ita statutũ est, sed q̃a fieri põt, vt ille infirmus sit talis ob peccata, & eo casu ars medici videtur fatua, inanis, q̃a nullũ est remediũ, nisi exire è pc̃tõ. *Pænig. D. Tho. 3 p. q. 44. ar. 3. c. sũt plures de pænit. d. 3.* F G

Hinc salubriter determinatum fuit in Conc. Later. *vt habetur in c. cũ infirmitas de pænit. & remiss.* vt medici ante oĩa ægrotos moneãt & inducãt ad confessionẽ quę cõstitutio fuit renouata & confirmata à Pio V. *in const. 3. supra gregẽ dñicum.*

An verò teneatur Medicus deserere ęgrotũ post tertium diẽ qñ noluerit cõfiteri, est cõtrouersia. Videtur nõ esse deserẽdus, quasi non sit sanæ mẽtis cùm ægritudo corporis mentis quoq; infirmitatẽ arguat, *l. hac consultissima §. at cũ humana fragilitas, C. qui test. fac. poss.* & dolor impediat vsũ rõnis. *D. Tho. 1. 2. q. 37. ar. 1.* & fuit speciale ĩ martyribꝰ *Scot. dist. 15. lib. 3.* H

Secundo præcepta iuris naturalis potiora sunt præceptis iuris positiui. *vt habetur dist. 9. per totã.* Quod teneãtur Medici deserere ægrotos est de iure positiuo ex bulla. Ne deserãt est iuris naturalis cũ vnicuiq; mãdatũ sit de ꝓximo suo *Eccl. 17.*

3. Quia

A 3. Quia adhuc pōt ſperari vt cōfiteat̃ ægrotus & de duob. malis min⁹ eſt eligēdū, *22.q.1.c.cōſidera & d.13.c.duo mala.*

Minus malū eſt non deſerere quā deſerere. q̃a relinquere ęgrotū eſt fere necare graſsāte morbo, & ſic animū & corpus ꝓijcere. nō relinquere minus malū vr̃ q̃a interea corporis imbecillitas adiuuat̃. & fortaſſe ĩcolumis fact⁹ ſuę ſaluti cōſulet.

4. Ab hac parte extant auctoritates grauiſſimorum auctorum, *Nau.c.25.nu.61. verſ.3. ſecundum omnes. Maiol. Tabie. Ang. Armilla quos allegat Petrus Cenedo in collectan. ad de-*

B *cretal.c.163. Corrad.q.201.p.p. Graff.lib.3.c.14.nu.7.p.p. deciſ.*

Verior eſt alia ſententia & certa meo quidem iudicio cùm id præceperit Pius V. diſertis verbis vt medici poſt tertium diem deſerant ęgrotos quando noluerint cōfiteri. quid apertius? Quam conſtitutionem omnino ſeruare debent medici p̃ſertim ex iuramento qd̓ interpoſuerūt in ꝓmotione de ſeruāda dicta Bulla; iuram^m^.n. pręciſe obligat, *c. ad noſtrā de iure iur. Hōd.cōſ.41.nu.15 in ſecundo Soc Sen.conſ.7 nu.8. in p^o^.* Ratione ēt probatur hæc ſententia, quia profecto eſſet profliga-

C tiſſimus ille ægrotus, qui mallet ſe deſeri à medico, quam vt animæ & corporis ſaluti ꝓſpiceret. proinde iuſtū fuit vt in pęnā tātæ contumaciæ ope medici priuetur, qui noluerit parere ſalutarib. mādatis. Neq; ēt partes medici vllę sūt qñ ęgrotus ſpernit ſalutē aĩæ; ars. n. medici videtur fatua vbi nō adeſt diuinitus auxiliū. Vt reuertar vñ digreſſus sū, dico hāc ſententiam approbari *à Iac. Graſſio de caſib. reſ. l^o^.2.c.26.n.25. à Bap^a^. Codrōch. de Xp̃iana ac tuta medēdi rōne li.1.c.17. extātq; multę ſynod. cōſtit. q̄ eād. cōfirmāt vt refert Cened.d.c.163.n.5*

D Non obſtat primum quia infirmitas non minuit ſanitatem mentis niſi ſit vehementiſsima vel in ſpecie freneſis, furor, mania & id genus quinimò grauiſsima infirmitate detenti, laborantes poſſunt cōfiteri, & ſi deſtituerētur facultate loquēdi, poſsent nutu aut alijs ſignis cōteri & petere abſolutionem quo caſu nō ē dubiū q̃n abſoluēdi eſſent, vt omnes cōueniūt.

Nō obſtat ſecūdū quia dico cōcurrere duo p̃cepta naturalia, p^m^. vt obediatur Bullę Pij V. & iuramēto. Sec^m^. eſt p̃ceptū charitatis erga ꝓximū qd̓ non imped^r^. à p^o^. imò dirigit̃ &

con-

confirmatur. vel vt significantius loquar, declaratur eius ob- E
ligatio vt ita demum teneatur medicus gerere curam infir-
mi si infirmus curet principaliter salutem animæ. & se præ-
paret ad vtramque salutem corporis & animæ. potest enim
summus Pastor declarare ius naturale. *Fort. cons.* 162. *nu.* 55.
cum seqq. Marta p. 4. *casu* 93. *cent.* 1. *de iurisd.*

Quod autem obligatio seruandi Bullã sit de iure natura-
li & diu°. probatur ex 4. decalogi & ex vinculo iuramenti &
quia est mandatum, seu pręceptum rationi naturali maximè
consentaneum. F

Præcepta decalogi sunt de iure naturali secundario, seu
gentium primæuo. ideoque permanserunt sublatis iudiciali-
bus, ac cæremonialibus.

Denique quia pęnitentiæ sacramẽtum est in articulo mor-
tis necessarium. *Medina C. de confess. q.* 14. Itaque dicendum
non esse in præcepto naturali hic curam proximi. cum ipse
se reddiderit indignum. præcipitur vt medicus rectè habeat
curam ægroti tanquam fidelis, christiani, non contumacis &
in summa gerat curam illius ægroti qui velit curam suæ salu- G
tis præ oculis habere. cùm igitur ille idem ægrotus sibi sit ini-
micus & prodigus suæ salutis in pęnam iubetur deseri & re-
mittitur obligatio medici. vinculumque naturale dissoluitur
ab eodem ægroto sibi impio & parum suæ salutis cupido.

Ad tertium dico ex duobus malis &c. intelligi de malis
pęnæ non culpæ.

Præterea dico maius esse malum medico non seruare bul-
lam, efficique periurum aliasque pęnas in bulla expressas in-
cidere. H

Nec consideratur malum ægroti cum ipse sic velit, & sit
causa sui mali recusando spiritualem opem à qua corporalis
salus vt plurimùm pendet.

Denique dico esse melius si deseratur, tunc enim coactus
erit, si velit medici opem, si corporis salutem appetat, habere
perfugium ad summum Medicinæ Auctorem. Hoc volui
latius discutere vt imperitia medicorum, aut potius malitiam

detegerem qui dissoluta quadam ignoratione suo arbitratu
A Sanctissimi Pontificis Bullam interpretantur & consuetudine seu mauis abusione eam prorsus tollere conantur. cùm sciãt aut scire debeant consuetudinem malam radicitus euellendam esse, *cap. mala 8. dist.* etiam si esset tantum peccatum veniale, *Ripa resp. 1. num. 28. de subst.* & in specie non excusari medicos prætextu cuiusuis consuetudinis tradit *Graff. d. lib. 2. c. 26. nu. 19. pag. 462. de casib. reseru.* quod enim inductum est fauore animæ præscribi non potest, & sic nec consuetudine tolli *ibid. & habetur in dicta Bulla Pij V.*

B Obseruandum deniq; dictas constitutiones intelligi de infirmitate periculosa tantum, & in dubio periculosa præsumi debet in foro conscientiæ tanquam tutior pars *Marc. Ant. lib. 1. var. resol. c. vlt. casu 30.*

Vt igitur in compendium offitium Medici redigam, dico ne mors imputetur Medico hæc esse ab eo præstanda.

1. Requiritur vt certiorem faciat ęgrotum de probabili mortis periculo.

2. Debet curare vt infirmus sua peccata confiteatur alio-
C quin vbi ter inuiserit, deserat nisi ex consilio Confessarij differatur confessio.

3. Requiritur vt sit peritus in arte. Imperitia enim culpæ annumeratur, quando quis se ingerit, moxque inscitia nõ potest satisfacere suo offitio, *l. 7. in fi. & l. 8. ff. ad l. Aquil.* non tamen includitur summa peritia neque enim debent omnes tenere primum gradum & esse excellentissimi *Mayn. in l. contractus num. 17. ff. de reg. iur.*

4. Requiritur vt omnem diligentiam adhibeat. satis ta-
D men fuerit Medico ea ad curationem ęgroti adhibuisse, quæ secundum medicinæ artis præcepta iudicantur vtilia: neque enim ipse immortalitatem præstare potest. *Coras. in l. illicitas §. sicuti medico ff. de off. præsid.* Omnium autem morborũ curatio non est posita in medicorũ potestate. *ait Lucianus.*

5. Tenetur certiorẽ facere ægrotum de ijs, quæ sunt contraria aduersæ valetudini.

6. Si

6. Si morbus sit periculosus tunc medicus debet esse pręsens vel admonere, vt diligenter custodiatur ægrotus *Andr. Gail.lib.2.pract.obseru.*111. *nu.*25. E

7. Tenetur gratis curare pauperem. sed potest reseruare sibi ius petendi iustum salarium soluendum cum poterit pauper *Nauar.in capit. quiescamus* 42. *d.sexto dicto nu.* 26. *in append.*10.3.

8. Immo tenetur etiam curare diuitem etiam si nihil velit dare medico, potest enim repetere impensas factas vbi cōualuerit *Adria.quodl.* 1. *ar.*2. cōpetit enim actio negotiorum F gest. medico cōtra ægrotum etiam si eo inuito impensæ medicamentorum & curationis factæ sint. tunc enim non obstante prohibitione repetitio datur, *Oinot.*§.1. *Inst. de oblig.ex q.contractu in fi.* Quod etiam obtinet licet moreretur ęgrotus vt eius hæredes cogantur resarcire impensas & salaria Medico præstare, *l.sed an vltro.*10.§.1.*ff.de neg.gest.* Euentus enim mortalitatis imputari non debet medico, nisi eius culpa, & imperitia contigerit, *d. l. illicitas.* §. *sicuti medico ff. de offic. præsid.* G

9. Requiritur, vt medicus sit Laicus. nam clerico medicina aut chirurgia ex qua sequitur incisio vel adustio interdicta est, *Leon.*3.*p.thesauri fori Eccl.c.*40.*nu.*48.

10. Prohibetur medicis, ne propter quodcunque periculum corporalis vitæ suadeant infirmis aliquid, quod sit contrarium animæ, puta sacrilegium, fornicationem, & huiusmodi, *c.cum infirmitas in fi.de pęnit.& remiss.Turrecr.in c.liquido post num.*2.*de consecr.d.*2.*& in c. contraria de consecr. d.*5.

11. Non debet medicus ægrum periculo exponere, quod H ita opinetur cum aliorum sententia longe probabilior sit. Et sic non licet medico agere partem dubiam quam magis ęstimat veram. Qui enim scit, aut scire debuit ex suo factò iniuriam, aut iacturam verisimiliter posse euenire: censetur culpa sua damnum dedisse, *de iniur.& da.dato cap.fin.Adrian.quodlib.quæstio.*2.*Nauar.in capit. si quis autem* 4.*de pęnit.d.* 7. *num.* 58.59.

12. Tan-

A 12. Tandem vbi medicamētum prorſus anceps eſt, num auxilium, an mortem potius ſit illaturum; quamuis regulariter ſit nefas capitale medium illud experiri, tamen quando infirmi ſalus eſt deſperata nedum poteſt ſed etiam tenetur remedia illa dubia adhibere vt ſcienter probat *Sanchius lib. 9. diſp. 20. nu. 19.* ſic enim minimum malum eligitur ex præſcripta etiam artis regula, *ex Gal. lib. 10. Method. cap. 10. & Celſo lib. 2. cap. 10. de re medica ad medium.* Huc pertinet *Aphoriſmus 6. Hippocratis.* Extremis morbis extrema & exquiſita

B remedia ſunt adhibenda.

De Tentatione. Cap. XXVIII.

QVAMVIS immaniſſimi ſunt hoſtes cū quib. dimicandum eſt, tamen *(fidelis eſt DEVS qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis ſed faciet ēt cū tentatione ꝓuentū Paul. 1. ad Cor. 10)*

Nec etiam quicquam poſſunt adu. nos niſi quatenus à

C DEO fuerit illis permiſſum, *DD. in 2. ſent. d. 44. D. Tho. 3. p. quæſt. 44. art. 1. ad* 4. iuxta illa. *Non eſt poteſtas niſi à DEO. Paul. ad Rom.* 10. & quod dixit Dominus Pilato. *non haberes poteſtatem adu. me vllā, niſi tibi datum eſſet deſuper. Io. 19.*

Hinc dæmones inſtabant apud dominum vt intrarēt ſues *Matth.* 8. & quando dæmon volebat vexare Iob. dicebat domino *extende paululum manum tuam. cap. 1. mitte manum tuam c. 2. Iob* h.e. poteſtatem.

Quæ autē occaſio tentandi ſit vitanda, diſtinguendum eſt.

D Duplex eſt tentationis occaſio. Vna ex parte hominis, puta cum quis ſe peccato propinquū facit, occaſionē peccandi nō euitans. Et talis occaſio tētationis eſt vitāda. Alia tentationis occaſio eſt ex parte diaboli, qui sēper inuidet ad meliora tēdentib. & talis tentationis occaſio non eſt vitāda exēplo Xp̄i *D. Tho. 3 p. q. 41. art. 2. ad* 2. dicit. n. Aug. quod Xp̄s ſe diabolo tentandū præbuit, vt ad ſuperandas tentationes eius mediator eſſet non ſolum per adiutoriū, verùm etiam per exemplū.

Pluribus ex causis voluit CHRISTVS tentari. Secundum Hilarium vt cautos nos faceret, ne scilicet aliquis quantumcunque sanctus præsumat de se quasi tentationibus sit immunis. *D.Tho.3.p.q.* 41.*art.* 1. E

Igitur tentari voluit, (sic breuiter perstringam omnia) vt tentationes superando nobis potestatem superandi tribueret: sicut & mori voluit, vt morte sua nostram destrueret. Et hoc post baptismum & ieiunium, per hoc nobis insinuans quod post lauacrum regenerationis & gratiæ perceptionem post laborem ieiunij, & sanctæ vitæ propositum, statim diabolus tentator accedit, & acrius in nos surgit, vt à proposito religionis auertat, & quod proficientibus & ad meliora tendentibus inuidet, & insidiatur, propter quod tunc magis cauendum est: quodque bonos magis quam malos tentat. *Ludolph. de vita CHRISTI. cap.*22.*D.Tho.vbi sup.cum ar. seqq.& opusc.*60.*ar.*11.12. F

De ieiunio & frugalitate. Cap. XXIX.

Qvadragesimale ieiunium exemplo CHRISTI fuisse institutum acriter defendit aduers. hæreticos. *Illustriss.Card.Bellarm.lib.*2.*cap.*16.*de bo.oper. in part.tom.*4.*Baro.anno.*57.*CHRISTI,pag.*513. G

Vt discas quam bonum, quam magnum est ieiunium. Et qualiter est scutum aduersus diabolum, & quonam modo post baptismum non lasciuiæ, sed ieiunio intendere oportet, ipse ieiunauit non eo indigens, sed nos instruens. *Chryso.*

Cum ieiunium assumatur principaliter ad tria, ad carnis concupiscentias comprimendas, ad mentem eleuandam ad superna, ad satisfaciendum pro peccatis, CHRISTVS non ieiunauit primo modo quia contradictiones in semetipso nō tolerabat; nec secūdo modo quia non indiguit eleuari qui fuit verus comprehensor: Sed tertio modo ieiunauit, vt pro peccato satisfaceret, nō quidem pro suo, quia peccatum non fecit, vt dicitur, *Petri* 2. sed pro nostro; vnde & esuries H

post ie-

A post ieiunium significat desiderium nostræ salutis. *D. Tho. opusc. 60. art. x.*

Debemus autem hoc exemplum imitari secundum possibilitatem nostram. Vnde Gregor. Nazianzenus dicit: Quadraginta diebus CHRISTVS ieiunauit nihil manducans. Erat enim DEVS, nos autem ieiunium possibilitati nostræ proportionemus. *D. Tho. d. ar. x.*

Hactenus de ieiunio satis dictum sit, subiũgenda sunt aliqua de frugalitate quæ ieiunij pars est, & illi inhæret. Semper quidem CHRISTVS & Apostoli in victu vixêre
B frugaliter & eos cibi fuisse parcissimi pauci panes hordeacei satis ostendunt. Quis verò neget, eos præterea ieiunasse, ac maiorem solito cibi abstinentiam vitæque rigorem aliquando adhibuisse, & præcationem cum ieiuniorum maximè coniunxisse, cùm grauius aliquid aggredi cogitarent, aut infestiora quædam dæmonia vellent profligare? *Io. 6. Petr. Canis. lib. 1. de corrupt. verbi DEI, c. 4.*

Temperasse quidem se à carne & vino Apostolos, multa
C afferri possunt exempla. Vt enim id in primis de Petro Apostolo dicere possimus, facilè persuadet *Gregor. Nazianzenus orat. de amore pauperum*, dum scribit, ipsum lupinis minuto asse veneuntibus famem pellere consueuisse. De Iacobo fratre Domini, nec carnes vnquam in cibum, nec vinum in potum adhibere solitum, Hegesippus affirmat apud Euseb. *hist. lib. 2. c. 22.* De Matthæo etiam hæc eadem *Clemens Alexandrinus in Pædag. lib. 2. c. 1.* his verbis: Matthæus Apostolus seminibus, baccis, & oleribus, absque carnibus vteba-
D tur. *Baron. anno 57. CHRISTI pag. 513. to. 1.*

Licet Saluator ad epulas ierit nuptiarum, & conuiuijs interfuerit publicanorum, & vorator, & potator vini, & peccatorum amicus à Pharisæis appellatus sit. Tamen non vt se pasceret hoc egit, sed vt alijs prodesset. Medicus ad curandos ægrotos accessit, non ad inuitatores conuiua. Quippe qui, vt modestiam victus doceret, quadraginta diebus nihil gustauit. Esurientes & sitientes beatos dixit, à muliere

Samaritana potum aquæ petijt, discipulis vt manducaret E
hortantibus, *cibus meus est* respondit, *vt faciam voluntatem patris.* Quod autem corpus suum & sanguinem sub specie panis & vini sumendum obtulit, sacramentum id cibi spiritalis est, quo animus pascitur non corpus. Nam post resurrectionem quoque, vt veritatem resuscitati corporis approbaret, cum discipulis comedit, non carnem tamen, nec quicquam aliud, præter panem, piscem, fauum. *Marul.* F

De Oratione. Cap. XXX.

1 QVid petendum sit ex Dominica oratione cõstat, *Matth.6. veterum sentẽtias collegit Petr. Crinit. lib.x. de hon. discipl. c.4.*

Non licet petere malum inimicis viatoribus, iustè infligendum propter diuinæ iustitiæ executionem, Ratio est, quia adhuc est tempus miserendi, & non desperatur de peccatorum salute, & ideo magis debemus petere misericordiam, vt conuertantur, quam iustitiam vt puniantur, & G
CHRISTVS Redemptor noster *Luc.23.* pro Crucifixoribus orauit, non vt punirentur, sed vt conuerterentur.

Integrum tamen & Catholicum est, petere orando tale malum iustè infligendum ad vtilitatem peccatorum, vt conuertantur, & non pereant in æternum. Innumera sunt sacræ scripturæ testimonia quibus hoc probatur. *Vt Psal.82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Angles in 4. de orat. q.9.2 diff.* H

Illa, quibus bene & male vti possumus, non sunt determinatè petenda, sed cum remissione ad DEI voluntatem, confirmatur exemplo Domini IESV orantis in horto, & dicentis: *Non mea, sed tua voluntas fiat. Angles vbi supra 4. difficult.*

Neq; verò solum, cum, quid cupimus, malum est, aut mali speciẽ habet, DEVM precari debemus, vt fiat volũtas eius,

sed

A sed etiam cum re vera malum non est; veluti cum voluntas sequitur primam illam naturæ inclinationem, vt appetat ea, quæ naturam conseruant, & reijciat, quę ei contraria videantur. Quocirca cum in eum locum ventum est, vt aliquid petere velimus huius generis: tum verò dicamus ex animo. Fiat voluntas tua: imitemur illum ipsum, à quo salutem, salutis disciplinam accepimus; qui cum naturaliter insito cruciatuum, & acerbissimæ mortis timore commoueretur, tamen in illo horrore summi doloris, suam ad DEI patris retulit voluntatem. *Luc. 22. Non mea, inquit, voluntas, sed tua fiat. Cathechis. Roma de orat. dom. 3. pet.* B

2. Modus orandi. Quo corporis gestu, qua humilitate orandũ esset, suo sæpe exemplo monstrauit. Dum (sicut veritatis scriptores retulerunt) nunc procidens in faciem, nunc positis genibus, nunc eleuatis in cælum oculis obsecrat patrem. *Marul.*

De eleuatione oculorũ CHRISTI in cælum mentio habetur, *Io. 11. 17.* vt sic orantes doceãtur à terrenis ad cęlestia mentem eleuare debere: *vt d. Orig. in Euang. Io. to. 28. Chris. hom. 78. in Io.* semper Dominus consueuerat oculos in cęlum tollere, cum Patri gratias ageret, *vt Mat. 14. Mar. 6. Luc. 9. Io. xj. Inn. 3. in c. cum Martha de celebr. Miss. Card. Bellarm. lib. 4. c. 14. de sacramento Euchar. vers. tertio addita.* C

Oratio autem fit genibus flexis, sic nostram miseriam cognoscamus, & humilitatem confiteamur: CHRISTVS Dominus noster tradens exemplum *Matth. 26. Luc. 22.* positis genibus orabat dicens: Pater si vis transfer calicem istum à me. Et factus in agonia prolixius orabat, & progressus pusillum procidit in faciem suam orans, & dicens: Quod est plus quam genu flectere, non tamen preces fiunt semper in Ecclesia genibus flexis, cum aliquibus diebus erecti stare doceamur. Diebus Dominicis, Paschæ, Pentecostes, Natiuitatis Dominicæ, & alijs. *text. not. in c. 2. de fer. de quo fuse Couarr. lib. 4. var. resol. c. 19. n. 7. Paul. Fusc. lib. 1. de visit. c. 20. num. 8. 9. x.* D

Genufle-

Genuflexione autem humilitas declaratur, quę tamen variatur secundum qualitates personarum, in quo, & populus est docendus. DEO namque domino animæ, & corporis vtroque genu flectitur *ad Ephes. cap. 3. flecto genua mea ad patrem Domini Nostri IESV CHRISTI.* Prælatis Ecclesiarum genu dextero, tanquam supra animas positis, dominis verò temporalibus genu tantum sinistro, vt super corpora potestatem habentibus, *Matth. 10. B. Vincent. Ord. Prædic. in Vigil. Ascens.* quod ostendit Dominus apud *Luc. cap. 12. ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant, ostendam autem vobis, quem timeatis, timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam, ita dico vobis hunc timete &c. Paulus Fusc. vbi supra.* E F

3. Locus orandi, locum quoque orantibus aptum designauit, vel dicens. *Domus mea domus orationis vocabitur,* vel monens, *Cum oraueris, intra in Cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito,* vel faciens. Quando dimissa turba ascendit in montem solus orare. *Marul.* G

Solitudo orationi aliquando accommodata. Solebat dominus aliquando à turbis se subducere vt dicitur *Lucæ 6. factum est in illis diebus exiit in montem orare: & erat pernoctās in oratione:* vbi dicit Ambros. quod ad præcepta virtutis suo nos informat exemplo. Hinc est vt idem summus doctor docuerit discipulos orandum esse clauso ostio in cubiculo. Haudquaquam credendum, mentem eius, cùm verbo esset vnita, passam fuisse quicquam distractionis: cùm perfecti homines possint orare semper in medijs mundi occupationibus: H
Moysesquè orabat in sexcentis negotijs. Hoc autem fecit pro nobis: quemadmodū omnis eius actio nostra est instructio: cùm paucissimi reperiantur, qui non detrimentum sentiant è curis exterioribus. fortasse & hoc confert perfectis: quando vti solitudo imperfectum ad sui ipsius adducit considerationem, ita maiori subleuat perfectum lumini. Quare Moyses, dum moraretur cum DEO in monte, resplenduit

A adeo vultus eius, vt non posset populus intendere in eius faciem. *Seraph. Firman. probl. 66.* 18.

4. Tempus etiam orandi præscripsit, & vespertinum, *Vespere facto orans in monte,* & nocturnum *pernoctans in oratione* & antelucanum, *valde diluculo surgens* & in desertum locum secedens vt ibi oret, & pene continuum dicens, *Vigilate omni tempore orantes. Marul.*


5. Effectus orationis. Quare cùm vellet in monte transfigurari (D. referente Luca) prius orauit, deinde subsecutum

B est miraculum? Aio, orationem perfectam omnes has in anima producere affectiones: primo eam reddit omninò luminosam & prudentem; quòd in eius adumbrabatur claritate vultus: dehinc donat legis cognitionem; in cuius indiciũ, Moses & Helias cum eo colloquebantur: demum facit DEI filios; quare audita fuit vox patris dicentis: *Hic est filius meus dilectus. Seraph. probl.* 71.

6. Quia visitatio piorum locorum ad Orationem pertinet. obseruandum erit peregrinationes probari vel exẽplo

C CHRISTI *Lucæ* 2. *Io.* 12. *Illustrissimus Card. Bellar. lib.* 3. *c.* 8. *de cultu sanctorum. Petr. Thyraus de locis infestis p.* 3. *c.* 80.

De Eleemosina. Cap XXXI.



ON esse habendam distinctionem personarum in eroganda eleemosyna si omnib. vel malis possit dari, significauit CHRISTVS dicens. *Omni petenti te tribue. Luc.* 6. Et iterum *Matth.* 5.

D *dominus nobis patrem suum in exemplum proponit, vt illum imitemur, qui solem suum facit oriri super bonos & malos. Medina tract.* 5. *de eleem. q.* 7. *Marquard. de Iuda. cap.* 15. *summa Confess. lib.* 3. *t.* 7. *q.* 6. *Cenedo ad c. quiescamus* 42. *d. coll.* 36. *nu.* 2.

Quod etiam exemplo comprobauit qui indistinctè discũbentibus distribuit docens bonitatem aut malitiam in paupere non esse considerandam, sed solum id fieri debere propter DEVM.

Quare

Quare si non omnibus possit eleemosyna tribui, seruandus erit ordo charitatis (qui est in præcepto, *D. Tho. 2.2.q. 44. ar. 8.) Cenedo d. coll. 36 nu. 2 ad c. quiescamus 42. d. Medina vbi supra.* E

Hinc ciues præferuntur alienigenis. Ciues enim positi super eleemosynis non debent illas extraneis pauperibus dare secundum communem, *Mandos. cons. 55. nu. 7.* non tamen probauerim edicta Principum quibus extranei pauperes quodã modo eliminãtur, vel si permittuntur immorari in loco adeo breue modicumque est interuallum vt vix refici possint. fortassis enim meliores fuerint quã ciues, proindeq; magis subleuandi videtur. quòd digniores sint. *fusè Medina vbi supra, vers. Hæc deberent &c.* F

Sic cæteris paribus dãda est eleemosyna semper magis indigenti, alioqui magis danda est propinquiori & meliori, & cui debetur ex iustitia. Porrò, tribus de causis potest fieri, vt sit dãda eleemosyna potius religioso minus indigenti, quam non religioso magis indigenti, *ex Hieron. in fine libri contra Vigilantium.* G

Primo, si is dederit verè omnia sua pauperibus. Secundo si laboret pro populo, concionando, sacra faciendo &c. Tertio ratione perfectionis monasticæ. cum danda sit eleemosyna potius Meliori. *Bellarm. lib. 2. c. 46. de monach. to. 2.*

Cæteris etiã paribus si non potest nisi alter subleuari, magis filius quam pater est deserendus, *D. Tho. 2. 2. q. 31. art. 3. ad 4. Fabian. de Giocchis in repet. Auth. nouissima num. 21. C. de inoff. testa.*

Imò extraneus est aliquando præferendus patri, aut filio quando extraneus esset constitutus in extrema necessitate, non pater nec filius licèt ipsi etiam sint in graui necessitate positi. si enim non potest vtrique succurri, extranei causa potior est. *gl. c. 1. 30. d. & c. nouitatis 86. d. Abul. c. 19. Iudic. q. 29.* H

Tenemur autem cæteris paribus potius largiri eleemosynam petentibus personaliter à nobis, quam præ pudore nolentibus petere, quia parum imitatur CHRISTVM, qui

oppro-

A opprobrium ducit eleemosynam accipere vel petere. *Nau. in c. quiescamus 62. d. nu. 35. to. 3. in append.* Denique non debemus erubescere quominus pietatis opa per nos ipsos prestemus, non per alios. cum CHRISTVS ipse discumbentibus distribuerit.

De Baptismo. Cap. XXXII.

1. VNusquisq; debet esse solicitus de sua salute & quã primum suscipere sacramentũ baptismi. & quamuis CHRISTVS expectauerit vsque ad

B 30 annũ *Luc. 3.* tamen ipse suscepit baptismum vt ipsum instituens, vel consecrans, hoc autem ad Doctoris vel Sacerdotis officium pertinet nũciare viam salutis, & ideò ante tẽpus perfectę ętatis, quod competit esse in doctore, vel Sacerdote, baptizari non debuit. Praeterea CHRISTVS nõ suscepit baptisma vt illo in aliquo iuuaretur. Nos aũt qui natura nascimur filij irae, baptisma suscepimus, vt illo iuuemur & purificemur à peccatis. *Turrec. in c. quãdo 128. de cõsecr. d. 4*

2. Orauit CHRISTVS baptizatus, vt nos informa-

C ret ad orandum post baptismũ, & vt ostenderet nobis orandi ordinem & necessitatem. Ordinem, quia vt placeat oratio, oportet prius mundari, & baptizari quam orare. Necessitatẽ, quia baptismalis gratia indiget per orationem conseruari: & vt daret exemplum quòd in receptione sacramentorum, debet mens hoĩs in DEVM eleuari. *Ludolph. in vita Xp̃i, c. 21.*

3. CHRISTVS non à se ipso, sed à Ioanne voluit baptizari vt doceret neminem posse se ipsum baptizare etiam in articulo mortis, *cap. debitum 4. de bapt.*

D

De ordinis Sacramento Cap. XXXIII.

SICVT omnium rerum naturalium perfectiones praeexistunt exemplariter in DEO: ita CHRISTVS fuit exemplar omnium officiorum Ecclesiasticorum: vnde vnusquisque minister Ecclesiae quantum ad aliquid gerit typum CHRISTI; ille tamen est superior, qui secundum maiorem

perfectionem CHRISTVM repræsentat: Sacerdos autem repræsentat CHRISTVM in hoc quod per se ipsum aliquod ministeriũ impleuit: sed Episcopus in hoc quod alios ministros instituit & Ecclesiam fundauit: vnde ad Episcopum pertinet mancipare aliquid diuinis obsequijs quasi cultum diuinum ad similitudinem CHRISTI statuens: & per hoc etiam Episcopus spetialiter sponsus Ecclesiæ dicitur sicut CHRISTVS. *ex D. Tho. in 4. sent. d. 24. quæst. 3. vers. ad tertium dicendum. Sot. lib. 10. quæst. 1. artic. 1. in fin. de iust. & iu.* E F

De Exorcismorum vsu. Cap. XXXIV.

EXORCISMORVM vsus probari videtur in primis Domini nostri exemplo: quippe qui cum solo nutu (ne dicam verbo) ab obsessis corporibus propria virtute dæmones pellere potuisset; nihilominus aliquando signa quædam, quæ exorcismi vim videntur habere, adhibenda putauit: vt cum sanaturus G esset habentem dæmonium surdum & mutum, *apprehendens eum de turba seorsum (inquit Marc. 7.) misit digitos suos in auriculam eius, & expuens tetigit linguam eius, & suspiciens in cælum, ingemuit, & ait illi: Ephpheta, quod est adaperire.* Qui etiam & ad exorcismum spectare ieiunium & orationem monstrauit, *Marc. 9.* & sine illis id minime licuisse Apostolis, quamuis antea cum missi fuissent ad prædicandum, *Marc. 6.* accepissent à domino virtutem & potestatem super immundos spiritus. H

At licet non discipulos tantum sed & credentes omnes pellendi dæmones à domino gratiam consecutos esse, Euangelica veritas attestetur *Marc. 16.* tamen fuisse peculiare munus ordinis ad hoc opus in Ecclesia instituti, sanctorum Patrum attestatione exploratissimũ est. *Baron. anno 56. CHRISTI pag. 432.* Adiuratio fit duro sermone, vehementi vt CHRISTVS fecit *Matt. 17. & increpauit illum* (dæmonem)

A nem) *IESVS. & Marci 9. Comminatus est spiritui immundo, dicens: surde & immũde spiritus: ego præcipio tibi, vt exeat ab eo. Petrus Thyræus p.3. de dæmoniacis cap.46. num.22.*

De Sacerdotio. Cap. XXXV.



FFICIVM Sacerdotis CHRISTVS exemplo suo docuit. Primo orauit pro populo nõ semel tantum, sed pluries, & toto tempore vitæ suæ, nunc
B in monte, nunc in spelunca, nunc publicè, nunc secretè, vt ab Euangelistis plerisque in locis recitatur.

Nec Paulus tacuit, sed cum Hebræis disserens ait: *In diebus carnis suæ obtulit preces cum lachrymis & clamore valido, & exauditus est pro sua reuerentia.* Et potissime in extremo vitæ ostendens quantum in fine dilexerit eos, sumpta mysteriosa & vltima cæna orauit Patrem dicens: *Pater sancte conserua eos, quos dedisti mihi: nunc autem pro eis rogo:* & iterum. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclytum dabit vobis.* Et rur-
C sum orauit pro tota Ecclesia, vt apud lucam habemus. *Ego, inquiens, pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua.* Sed & nunc in gloria triumphans interpellat vultui DEI pro nobis, vt inquit Apostolus.

Sacra obtulit DEO, & sacratissimum omnium sacrificiorum, se ipsum videlicet Agnum immaculatum: de qua oblatione, cum multa disseruisset Paulus cum Hebræis, tandem subtulit: Hic autem vnam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet ad dexteram DEI. Cuius hostiæ se-
D mel oblatæ virtus præstat, vt nos quotidianũ, & perpetuum sacrificium offeramus. Et quid effecerit hac sua oblatione Petrus innuit dicens: *CHRISTVS semel pro peccatis nostris mortuus est,* offerens, se videlicet æterno Patri, *iustus pro iniustis, vt nos offerret DEO mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu, 1 Petri 3.*

Doctorem se exhibuit docens eam doctrinam absconditam à sapientibus mundi, quam susceperat à Patre luminum:

Mea,inquit, *doctrina non est mea, sed eius qui misit me patris*. E
Ea etenim erat,vt etiam puerulus in stuporem induceret audientes. *Stupebant autem omnes,qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius Luc.* 2. Nec mirum cum in ipso essent omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. *fusè Franc. Georg.de Harm.mundi Cant.* 2.*c*.1.*&* 2.*expurg*.

De Confessione. Cap. XXXVI.

CVM Dominus habenti septem dęmonia, omnia expulerit, docuit omnia crimina simul eijcienda; F
c.sunt plures 42.*de pęnit.dist*.3.nam peccatum nullum mortale tollitur sine altero *S.Thom.* 3.*p.q*.86. *art*.3. Veniam dimidiam à DEO sperare impium *d.c.sunt plures*. vbi etiam dicitur. nunquam dominus noster aliquem sanauit quem omnino non liberauit *D.Tho.*3.*p.q*.44.*art*.3.*ad* 2.*&* 3.*Lal.Zecch.de effectu pęnit.c*.2.3.*proposit.pag*.486.*versa. M.Ant.Genuen.in Man.Pastor.c*.79.*num*.6.

In duobus tamen casibus licet dimidiare confessionem. G
primus est propter impedimentum naturale ęgritudinis quo casu quando ægrotus non potest omnia peccata confiteri,est absoluendus,modo aliqua expresserit; vel si loquendi facultate destitutus sit,modo euidentissima contritionis signa ediderit; *Valentia to*.4.*disp*.7.*q*.11.*punct*.1.*Possevin.c*.7.*nu*.82.*de officio Curati & nu*.83.84.*Rodriq.par.p.c*.59.*nu*.8. vbi docet modum absoluendi.

Secundus casus est propter periculum probabile vitę propriæ aut alterius,vel graue scandalum,vel infamiam, vel occasionem peccandi, *Caiet.verb.confessio.cond*. 10. *Sot.in* 4.*d*. 18.*quæst*.1.*ar*.6.*ad* 4.*Medina C.de confess.q.de integritate non semper seruanda*. *Nau.c*.7.*nu*.3.*& c*.8.*nu*.6.*Sylu. verb. confessio*. 1.*q*.18.*nu*.19. *Sylu.u.confessio* 1.§.10.*Sot.in* 4.*d*. 18.*q*.2. *ar*.5. intelligitur quando non habet alium idoneum confessarium. *Armilla* §.*confessio sacramentalis nu*. 22. *& omnes*. & dum modo habeant intentionem quam primum confitendi H

omissa

A omissa cum poterit. *Sot. in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 5. arg. 3. in fi. Nau. cap. 7. num. 3. Caiet. v. confessio, conditione 10. Armilla v. circũstantia num. 11. P. Sot. lect. 10. de cõfess. in princ. Cord. de casibus consc. q. 1. Lopez 1. p. c. 27. q. vlt. Henric. lib. 4. c. 4 num. 5. & lib. 5. c. 12. nu. 6.*

Addunt alij tertium casum de casibus reseruatis sine censura vt liceat adire superiorem pro reseruatis tantum, habita tamen prius vel post confessione omnium apud priuatum confessarium, qui absoluere poterit à non reseruatis; pro reseruatis autem mittet ad superiorem. *Nau. cap. 26. num. 6. & in cap. 1. §. cautus. de pœnit. d. 5. Tolet. lib. 3. capit. 8. Graff. lib. 1. decis. cap. 13. nu. 70. Valent. to. 4. disp. 7. quæst. 11. puncto Possev. de officio curati cap. 7. num. 49.*

B

Obiter obserua. huiusmodi peccatorum retentionem CHRISTVS ipse p^s. omnium demonstrauit exemplo, dum dixit, alia quidem peccata ad minores Iudices, alia verò ad maiores Iudices spectare, si quidem, *Matth. c. 5.* dixit, *qui irascitur fratri suo Reus erit iudicio, qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit Concilio*; iudiciũ etenim apud Hæbreos erat congregatio vigintitrium virorum; Concilium verò Septuaginta, vt rectè notauit *Illustriss. Baro. to. 1. CHRISTI anno 32. nu. 11. & 12. Lactant. Finell. c. 2. de casib. reseru. nu. 23.*

C

De Augustissimo Eucharistiæ Sacramento. *Cap. XXXVII.*

1. EXcellentia huius sacramẽti, ac dignitas designatur. cũ in eius institutione Xp̃s eleuauerit oculos ad Patrẽ. non. n. sic fecit Dominus in aliorum Sacramentorũ institut^e. multę recensent causę quare eleuauerit oculos, solũ aũt attingã quę proposito argumento congruit, Id igitur fecit etiã Dñs Noster pp nostrã eruditionem: vt s. per suam actionem nos instruat quatenus in princ^o. actionũ nostrarum oculos mentis ad DEVM tanquã ad autorem & datorem bonorũ omniũ subleuaremus: de quo ait Inn. Hoc ad nostram instructionem faciebat Xp̃s: vt

D

nos

nos oculos cordis non deprimamus in terram: sed eleuemus in cęlum si quod petimus volumus impetrare. E

Sic fecisse propheta legitur. *Oculi mei semper ad dominum.* Et iterum, *Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælis*. Idem *leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium mihi.*

Sic Sacerdos hæc proferens verba Canonis (& eleuatis oculis &c.) etiam suos corporales oculos sursum eleuet in cęlum: quatenus excitatus mentis oculis recognoscat ministerium illud angelicis humeris tremendum à solo domino Cęlorum Rege accepisse. *Gabr. Biel super Can. Missæ lect. 36.* F

2. Gratiæ agendæ DEO ante & post sumptionem. & consecrationem. *Et accepto calice gratias egit Luc. 22. Matth. 26.* in canone missæ habetur. Tibi gratias agens.. hanc formulam habuere Apostoli à CHRISTO, per traditionemque ad nos transmiserunt. Gratias egit secundum Inn. non pro se: sed pro nobis, id est, nostra reparatione & salute omnium per hoc sacramentum futura; quòd per vsum istius sacramenti: augetur gratia quæ est causa salutis. Vel gratias egit nobis in exemplum: vt & DEVM in singulis actibus nostris prę oculis habentes: gratiarum actiones de omnibus bonis collatis referamus; vnde Ber. sicut de veteribus terminandis: sic de nouis incipiẽdis gratias egit CHRISTVS: nobis pariter exemplum tribuens in omnis boni operis inchoatione vel perfectione patrem, qui est in cælis esse glorificandum, *vnde ad Eph. 5. Gratias agentes semper pro omnibus in Nomine Domini Nostri IESV CHRISTI DEO & Patri.* Vel gratias egit secundum Chrys. docens nos qualiter oportet nos hoc mysterium perficere: ostendens per hoc quod in sumptione: & ante sumptionem huius sacramenti præexigitur deuotio & oratio: ac mentis in DEVM eleuatio: atq; vt in aduersitatibus positi à gratiarum actione non cessemus. vnde subdit Chrys. Accepto pane gratias egit. iam proximus passioni: vt & nos gratias agamus in flagellis positi. Et dicit Inn. quòd ex hac gratiarum actione hoc sacramentum sacrificium laudis appellatur: quòd scilicet cum laudibus & gra- G H

A tiarum actione CHRISTVS ipsum instituit. *Gabr. Biel d. lect. 36. Lal. Cecch. tract. de sacramentis tit. de myst. missæ cap. 16.*

3. A ieiunis sumendum. Ex hoc placuit Spiritui Sancto, vt in honorem tanti sacramenti in os christiani prius dominicum corpus intraret, quam cæte.i cibi, nam ideo per vniversum orbem mos iste seruatur; neque enim quia post cibos dedit Dominus, propterea pransi, aut cęnati fratres ad illud sacramentum accipiendum conuenire debent, aut sicut B faciebant quos Apostolus arguit, & emendat, mensis suis ista miscere: namq; Saluator, quo vehementius commendaret mysterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit insignire cordibus, & memoriæ discipulorum, à quib. ad passionem digressurus erat. Et ideo non præcepit quo deinceps ordine perciperetur, vt Apostolis, per quos Ecclesias dispositurus erat, seruaret hunc locum. *ex Epistola 118. D. Aug. cap. liquido apparet de consecr. dist. 2. Baro. anno 57. CHRISTI pag. 496. to. 1. Boer. quæst. 4.*

C Quæ enim vltimo loco dicuntur melius memoriæ commendantur *l. si mater C. ne de sta. defunctor.* & hac ratione CHRISTVS D.N. Sacramentũ Eucharistiæ tempore instantis passionis instituit, *Clem. 1. §. transiturus, & ibi Card. in princ. de reliq. & ven. sanct. Mantua in rubr. de reg. iur. in 6. num. 3.*

Ea quippe, quæ quis agit in limine mortis, magis apud posteros in memoria tenentur, quam ea, quæ fiunt, dum quis de morte suspectus non est, & hoc, quia creditur facere quis D ex maiori affectione. *Abul. cap. 23 Iosue quæst. 2.*

4. Vnam speciem sufficere ad salutem probatur ex doctrina & exemplo CHRISTI *Io. 6. Bellarm. latè lib. 4. c. 24. vers. secunda ratio. to. 3. Card. Hosius de hoc sacramento pag. 176. to. 1.*

5. CHRISTVS proditori suo corpus proprium in cæna non denegauit, neque illum à communione remouit. *cap. si sacerdos de off. ord. D. Tho. 3. p. q. 81. ar. 2.* quia erat peccator

tor occultus: præbuit exemplum, vt peccatori occulto publicè petenti Eucharistiam curati non denegarent. E

6. CHRISTVS etiam docuit Apostolos vt aqua in sacrificio Missæ, vino misceretur. & illi nobis obseruandum tradiderunt. *Sot.4.sent.d.9.q.1.art.6.*

De consolandis afflictis. *Cap. XXXVIII.*

MODVS consolandi afflictos propter mortem amicorum, CHRISTI exemplo nobis traditur. prima consolatio est personalis visitatio. sicut CHRISTVS in persona venit ad Martham & MARIAM. sic etiam vicini, parentes & propinqui, atque amici, quam primũ sciunt mortem aut aliam grauem afflictionem, debent afflictos in persona visitare, etiamsi non vocentur: quia dolor & tristitia impediunt recordari eorum qui vocandi sunt. secunda consolatio debet esse per compassionem condolendo cum eis. *Vnde Apostolus Rom.12. flete cum flentibus.* Ideo CHRISTVS *Io.*11. videns MARIAM flentem, lachrymatus est, vt ostenderet signum amoris & cõpassionis. propterea enim lacrymatus est IESVS propter Lazarum, vt exemplo suo doceret nos in carorum funere intra modum quendam indulgere lacrymis. *Diu. August. Maldon. in cap.*11. *Ioannis.* alioquin immoderate commoueri est in vitio & sic eiulatio, lessus prohibetur, non fletus moderatus *Gars. de expens. & melior. cap.8. num.*11. *cap. qui diuina* 13. *quæst.*2.

Neque tamen signa lætitiæ exhibenda sunt quia per ea aliquis ostẽderet se inimicum, & amplius contristaret, quàm consolaretur. Ideo sapiens *Ecclés.*22. *Musica in luctu, importuna est narratio.* Tertia est consolatio per verba dulcia & lenitiua, videlicet quod DEVS pro meliori bono hoc fecit, pro bono defuncti, qui à miserijs & periculis est liberatus. *frat. Viguer. de peccato orig. cap.*18. *§.*6. *ver.*7.

A

De Morte. Cap. XXXIX.

CHRISTVS sæpe loquebatur de morte, de excessu, *Io. 3. & 8. Matth. 12.* & alibi loquendo de exaltatione serpentis à Moyse in deserto. & *Luc. 18. Ecce ascendimus, &c.* Hinc docuit nos vt frequenter cogitemus mortem, illius memoriam & recordationem identidem habeamus. *Memorare nouissima tua & in*

B *æternum non peccabis. Eccl. 7. Ipse iubet mortis nos meminisse DEVS. Extremumque tibi semper adesse putes. Mart. Viue memor mortis vt sis & memor salutis. Auson.*

Quinimò periculosum est non cogitare se moriturum. Vtilisque recordatio mortis. *Nau. in c. adeirco de penit. dist. 7. num. 4.* Vnde illud Cypriani ibid. relatum. *Nec dignus est in morte suscipere solatium, qui se nõ cogitauit moriturũ.* mortisq; recordatio animam prouehit orationi. *Seraph. Firm. probl. 72.*

Proinde Parochus & Medicus tenentur monere infirmũ

C de probabili mortis proximę periculo, præsertim quando verisimiliter credunt fore vt prosit ęgroto monitio quia facilius eruętur à p. m. vel rebus suis prospiciet ne inter hæredes controuersia excitetur. *Ioannes de Neap. in quol. 11. Lud. Beya casu 11 p.p. Nau. c. 25. nu. 63. Melchior. Zambranus c. 1. d. 16. nu. 3. de Bapt.* in dubio autem credibile est denunciationem mortis esse infirmo profuturam vt ea cognita diligentius, ac feruentius se ad eam non modò moderatè, sed hilatiter ferendam præparet, quam si de ea nihil cogitaret, aut à nemine quid-

D quam audiret. *Baptista Codronchius lib. 1. c. 19. de Christiana ac tuta medicatione.*

Hinc monumenta passim reperiuntur. omnibusque obuia sunt. quibus memoria mortis in mentes hominum illabitur. Claudamus hoc caput cum C. Calcagn.

Vt tibi mors fęlix contingat, viuere disce.
Vt fęlix possis viuere, disce mori.

E

De Sepulturis. Cap. XL.


QVAM congruum religioniq; consentaneum sit honorabilia sepulchra appetere, & construere satis comperimus. Siquidem CHRISTVS redemptor noster, cuius actio est nostra instructio, licet vilem & acerrimam mortem passus fuerit, quia ipse voluit, tamen voluit honorifice sepeliri, *Io.19. Matth.27. Lucæ.23.* quod vaticinauerat prius Isaias, *c.11.* ibi *& erit sepulchrum eius gloriosum,* quod ponderat *Rol.consi.20.nu.28.vol.3.* F
Vbi quod deuota sepultura quodam modo affert bonæ vitæ & fidei testimonium, cum videantur deponere corpora, vt expectent resurrectionem, quam credunt, *cap. non æstimemus 13.q.2. Illephons. Perez de Lara in tract. de anniuers. lib.1.c.1. nu.52.53. Bannes.2.2.q.32.in 2.concl.*

Nec obstat auctoritas S. Io. Chrysost. *hom.84. super Io. & 66. super Genes.* quia ibi improbat superba & ambitiosa sepulchra, nimiam sollicitudinem hominum in sepulchris condendis. G in summa improbatur pompa & excessus funeris. vt respondet Bannes. *& Bellarm. lib.2.cap.19. de purgatorio prope fin. to.2.*

De suffragijs Ecclesiæ. Cap. XLI.


SVFFRAGIA Ecclesiæ defunctis prodesse, probat Illustrissimus Card. Bellarm. ducto exemplo CHRISTI capitis ad membra. eius verba sunt. CHRISTVS qui caput est, profuit H
viuens in terris viuentibus, mortuus mortuis, viuens mortuis, & mortuus viuentibus, ergo etiam decet, vt membra inter se ita agant, vt iusti viuentes viuentibus, mortui mortuis, viuentes mortuis & mortui viuentibus prosint. Ac primum, quod CHRISTVS viuens profuerit viuentibus, patet, quia remisit peccata Magdalenæ *Luc.7.* Paralytico *Matth.9.* Zachæo *Luc.19.* Petro *Luc.22.* latroni *Luc.23.* curauit etiam


corpo-

A corporaliter plurimos, vt dicitur *Marc.* 1. *Actor.* 10. & alibi. Quod mortuus mortuis, patet; nam descendens ad inferos, soluit plurimos à doloribus inferni, vt dicitur *Actor.* 2. & simul aperuit sepulchra, & multa corpora sanctorum excitauit, *Matth.* 27. Quod viuens mortuis, patet; nam puellam in domo, adolescentem in via, Lazarum in sepulchro mortuos reuocauit ad vitam, *Matth.* 9. *Luc.* 7. *Ioann.* 11. Quod denique mortuus viuis, patet; nam morte sua vitam nobis æternam promeruit, & nunc in cęlo semper interpellat pro nobis, & B aduocatum nostrum agit, *Heb.* 7. *&* 1. *Io.* 2. *Hactenus Bellarm. lib.* 2. *c.* 15. *de Purgatorio.*

Exemplum etiam CHRISTI proponit de hac re *Franc. Sonnius tract.* 4. *c.* 6. *demonstr. relig. lib.* 2. Saluator, inquit, noster primum suum sacrificium, seu oblationem quam fecit in ara crucis, qua & consummauit vniuersa, obtulit pro viuis simul & defunctis, tam pro istis quam pro illis, vt patet *Matth.* 27. non verba textus, sed effectus oblationis in cruce ibidem descriptus, rem quam dico, manifestè demonstrat. C Nam Domino in sacrificio illo crucis expirante animam suã, Centurio, & qui cum illo erãt, compungebantur corde virtute illius oblationis, dicentes: *Verè hic homo filius DEI erat & percutientes pectera sua reuersi sunt in ciuitatem.* Videsné fructum illius sacrificij in viuis personis? Audi nunc vlterius de mortuis. *Et monumenta*, inquit textus, *aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt.* Obtulit ergo CHRISTVS primitias suas pro viuis & defunctis. sed & potestatem dedit ac mandatum Apostolis faciendi D hoc ipsum quod tum temporis fecerat ipse dicens: *Hoc facite in meam commemorationem.* Euidentissime igitur constat. sacrificia suffragiaq; Ecclesiæ exemplo CHRISTI prodesse cum viuis, tùm defunctis.

 E

Breuis relectio c. exemplum 12.*q*.1. *Cap.* XLII.



XEMPLVM Domini accipite conuersantis in terra. quare habuit loculos cui Angeli ministrabant: nisi quia Ecclesia ipsius loculos habitura erat? Quare furem admisit, nisi vt eius Ecclesia fures cum patitur toleret?

Ex hoc capite breuiter eliciuntur. F

1. Exemplum CHRISTI sequi debemus.
2. CHRISTVS habuit loculos.
3. Ecclesia potest habere temporalia.
4. CHRISTVS tolerauit peccatores occultos.
5. Ecclesia debet tolerare peccatores occultos.

1. OBijcitur. Inter exemplar & exemplum debet esse proportio *D.Thom.* 1.*par.quæst.* 18.*art.* 4.*ad* 2.*&* 3.*par.quæst.*24.*art.*3.*ad* 3. sed inter CHRISTVM & homines nulla datur proportio. siue consideretur vt DEVS. G *Quis sicut* DEVS *noster Psal.*112. *Quid est homo vt possit sequi Regem factorem suũ? Eccl.*2. *Quis similis tibi in fortibus Domine Exo.*15. *DEVS quis similis tibi? Ps.*70. siue consideretur vt homo cum fuerit omni virtutum genere cumulatus vt homo. eius enim humanitate DEVS non potuit facere melius ex hoc quòd est vnita DEO *D.Tho.*1.*p.q.*25.*art.*6.*ad* 4. ergo non potest homo sequi exemplum CHRISTI.

2. Obijcitur. Si Ecclesia debet sequi exemplum CHRISTI. deberet bona in communi possidere vt CHRISTVS possidebat. At clerici habent singuli beneficia quæ soli possident. ergo non sequuntur exemplum CHRISTI. Deinde CHRISTVS dicitur habuisse loculos hoc est bona mobilia, pecunias pro sua necessitate & Discipulorum. At Ecclesia habet bona etiam immobilia, non tantum pro modo necessitatis. sed etiam supra necessitatem. H

3. Obij-

A 3. Obijcitur. Iudicium humanum debet conformari diuino *c. vt nostrum de appell. c. vt nostrum. vt Eccl. benef. D. Tho. 2. 2. q. 67. ar. 2. 2. arg. Port. consi. 91. nu. 6. &* Iudicium Ecclesiæ, conforme debet esse iudicio DEI *D. Tho. in supplem. q. 21. ar. 2 in resol.* At in diuino iudicio occulti peccatores puniuntur ergo etiam in iudicio humano, Ecclesiæ.

4. Iudex potest iudicare secundum conscientiam quãdo est Princeps qui non agnoscit superiorem, *Doct. in c. Pastoralis de off. deleg. Bart. in l. 1. circa fin. C. vt quæ desi. adu. part. iud. B suppl. Menoc. consi. 2. nu. 159. lib. 1. Guido Papa q. 29.*

At CHRISTVS erat supremus Princeps & Iudex ergo debuit punire furem h. e. peccatorem occultum.

5. Peccatores tolerat Ecclesia quia non innotescunt. CHRISTVS omnia nouerat, nihil prorsus erat illi occultum, sed omnia erant aperta & manifesta oculis eius.

6. Obijcitur. Siquidem Nicolaus 4. *in cap. exijt. de verb. sign. in 6.* definit CHRISTVM verbo & exemplo docuisse perfectam paupertatem, quæ consistit in abdicatione C omnium rerum, nullo sibi dominio relicto, nec in particulari, nec in communi. proinde sequitur vt CHRISTVS non habuerit loculos.

7. CHRISTVS circũcisus est. At nos non debemus circuncidi. secundum illud *Gal.* 5. si circũcidimini, CHRISTVS vobis nihil proderit. g°. non debemus illum imitari.

8. Quomodo possumus effici similes DEO, si eam ob causam Lucifer damnatus de quo *Isaias* 14. *qui dicebas in corde tuo in cœlum conscendam, & similis ero Altissimo.* Item D Adam & Eua *Genes.* 3. *Eritis sicut dij.*

1. HIs tamen minime obstantibus deciditur exemplum CHRISTI sequẽdum esse. Aetiologia est. quia caput sequi debent membra 12. *d. c. non decet.* 11. *dist. c. nolite. & de consecr. d. 3. c. celebritatem. capit. cum non liceat de præscript.* CHRISTVS est caput Ecclesiæ & omnium hominum *D. Tho. 3. p. q. 8.*

2. Quia omnia in CHRISTO erant laudanda cum omnigena virtute præditus esset. E

3. Quia viam vitæ monstrauit, *c. firmiter de summa Trin. & fide cath.* meritò proponitur nobis Princeps, caput, dux, magister, præceptor *Paul. ad Colo. 2.* qui est caput omnis principatus & potestatis. *Isa. 55. testem populis dedi eum ducem ac præceptorem gentibus Matth. 18. Nolite vocari Rabbi, vnus enim est magister vester id est*, quòd CHRISTVS solus per se plenitudine quadam sit magister, lux mundi via & veritas &c. *Franc Sonnius lib. 2. tract. 3. c. 10. demonstr. relig.* Hinc F *Boet. lib. 3. de consolat.*

Tu requies tranquilla pijs, te cernere finis,
Principium, vector, dux, semita, terminus idem.

Deciditur præterea occultos peccatores esse tolerandos *cap. tu bonus cap. quid ergo. & seq. 23. q. 4.* quia Ecclesia non iudicat de occultis, *cap. 1. de cland. despons. cap. sicut tuis. in fin. de Simo.* G

Intelligitur esse tolerandos peccatores occultos quando sumus in delictis iam commissis. nam si delictum fuerit committendum, est aperiendum, nè alioquin Resp. damnum faciat *Greg. Sayr in Claui Reg. lib. 12. cap. 14. nu. 6. cum seqq.* præsertim quando violaretur publica religio, *M. Ant. Genuens. c. 23. prax.*

Deciditur tertio CHRISTVM habuisse loculos vt ostenderet licere Ecclesiæ suæ habere bona non vt occulat, sed vt eroget & necessitatibus pauperum subueniat, *cap. expedit 12. q. 1. cap. habebat Dominus. ead. causa & q. & c. aurum 12. quæst. 2.* H

Præsertim hodie, ne Sancta Mater Ecclesia in congregatione & postera fidelium, temporalibus careat auxilijs, sed cum ipsis adiuta, spiritualib. proficiat incremẽtis: & vt in omnibus mundi ciuitatibus CHRISTI nomen multiplicetur, decet Beatissimum Papam, qui omnium curam habet

cap.

A *cap. cuncta per mundum dist.* 3. maximum ærarium constituere, atque thesaurum congregare, *cap. reuertimini*, 16. *q.* 1. *in uersiam expletus est annus, & nihil in meos thesauros, sed in horrea vestra reportastis. Martap.* 1. *de iurisdictione cap.* 31. *nu.* 15. 16. 17.

Immo Principes non solum possunt, sed etiam tenentur thesaurum habere, *secundum D. Tho. in lib.* 2. *de Reg. Princ. cap.* 5. *& 6. Nau. cap.* 26. *num.* 2. quo inueniantur parati adhoc, cũ oportebit eos bellare, *Nau. in cap. quiescamus.* 42. *dist. de elee-*
B *mos.* 4. *dicto num.* 17. *in appendice.*

Hinc etiam sequitur vt clerici teneantur facere eleemosynam specialiter præ alijs Christianis de residuo bonorum Ecclesiasticorum excepta sua, suæque familiæ decente sustentatione. amplius tenẽtur ex officio habere curam pauperum & inquirere qui sint pauperes, *latè probat Ant. Cordub. q.* 18. *de Episcopis M. Ant. Genuens. cap.* 49. *Manual. Pastor.*

Et tenentur publicè facere eleemosynam, iuxta illud *Matth.* 15. *luceat lux vestra Ludou. Carbo to.* 1. *p.* 1. *cap.* 7. *vers. vnde-*
C *cima. lib.* 5.

HIs ita constitutis non obstant modo contraria. Ad primum respondetur nobis non esse concessum imitari CHRISTVM nisi præuia eius gratia, *D. Thom. op.* 63. *in princ.* Et nobis proponitur imitandus vti homo; deinde tenemur eum imitari quatenus uires patiuntur. Verùm data est tibi diuinitus potestas, inquit *Chrysost. homil.* 79. *in Matth.* imitari CHRISTVM pro viribus & similem fieri *latè*
D *Stanislaus Hosius Card. to.* 1. *operum cap.* 70. *quod DEI iustitia iusti sumus. præsertim pag.* 472. *dixi cap.* 1.

Et quando ad exemplum DEI aliquid iubetur nobis, non dicit æqualitatem, sed similitudinem, pro vt nos possumus, *Gomes. de pot. in se ipsum lib.* 2. *c.* 2. *nu.* 10.

Hinc duplex est similitudo æquiparantiæ & imitationis, similitudo imitationis põt esse possibilis creaturæ ad DEVM, in quantum participat aliquid de similitudine ipsius secun-

dum

dum suum modum, *D.Thom.2.2.q.163.ar.2.* Triplex imago E
siue similitudo ponitur *à gl. cap. si sacerdos de pœnit. dist. prima.* facit Doctrina *S.Thom.1.q.4.ar.3.ad primum.*

Præterea exemplar debet esse semper perfectius suo exẽplo *D.Tho.3.p.q.56.ar.1.ad 3.* nec est necessarium vt exemplatum exemplari quantum ad omnia conformetur, sed sufficit, quòd exemplatum aliqualiter imitetur suum exemplar, *D.Tho.3.p.q.24.ar.3.in fi.* addo licet aliquo modo cõcedatur quòd creatura sit similis DEO, nullo tamen modo concedendum est, quod DEVS sit similis creaturæ, *D.Thom.* F
1.q.4.ar.3.ad 4.

Ad secundum respondetur nobis CHRISTVM esse exemplar bifariam, vel quia virtutem docuit, vitia damnauit. hoc casu omnino est nobis imitandus. vel quia ipse aliquid fecit quod est indifferens vt est bona possidere & hoc casu nõ tenemur eius exemplum sequi, cùm nec à libera voluntate nostra procedat, sed possumus sequi nec est in vitio hoc facere. sic Ecclesia potest habere in communi & in particulari bona, potest etiam à se abdicare dominium. CHRISTVS G
enim summam paupertatem cõfirmauit & docuit suo exemplo vt dicam in dissolutione sexti argumenti. Habuit autem Ecclesia omnia in communi etiam cum laicis à principio. successiuè hæc communio solùm retinebatur inter clericos. tandem eò ventum est vt bona hoc est fructus Ecclesiastici ad clericos spectent vti propria, non vti communia. *latè de his agit M. Ant. Marsil. Columna de orig. Eccl. redit. p.p.* distinguenda igitur erunt tempora & conuenient scripturæ *l. apud antiquos C. de furt. Paul. Fusc. in suis sing. u. distinctio nu.75.* Est au- H
tem eadem ratio possidere mobilia & immobilia.

Ad tertium respond. in multis esse discrimen inter iuditiũ diuinum & humanum.

1. Quia iuditium diuinum est perfectius nec potest falli. sed iuditium humanum propter fragilitatem & imbecillitatem hominum infirmum est & aliquando Iudices capiũtur, nec rectè iudicant. quin immò cæcutiunt. vel quia non satis

noue-

A nouerunt ea, quæ iusta sunt, vel quia legitimæ probationes desunt vel quia coniecturis ac præsumptis suspicionibus statuunt aliquid ita se habere cùm aliter se habeat.

Iudicant homines per quædã signa, ideo iudiciũ nostrum est ambiguum, & ista sunt quæ nos videmus, id est quæ exterius cernuntur, & sunt tria, scilicet dispositio corporis, verbum & actus, *Abul. c. 16. primi Reg. q. 26. Paul. de Monte Picho cons. 1. nu. 2. facit tex. in c. humanę aures. 22. q. 5.*

2. Iudicium diuinum est semper certum cúm omnia sint B DEO nuda & aperta. neque in tali iudicio requiritur probatio, non sunt necessarij testes, nõ est opus scriptura. At Ecclesiæ sunt multa occulta & non potest de occultis iudicare, *c. sicut tuis. in fi. de simo. gl. in c. literas. de rest. spoliat.*

3. Iure humano tantum puniuntur principes, capita, & scelerum architecti quando multi peccarunt. At in iuditio diuino omnes ad vnum puniuntur.

4. In nobiles mitius animaduertitur, quam in eos, qui sunt obscuris natalibus orti: verùm in iuditio diuino ęqua C lance oẽs iudicantur. nulla est personarũ distinctio, nulla acceptio, nullũ discrimen imò grauius debet puniri nobiles pręsertim apud DEVM, *Tiraq. causa 31. n. 37. 38. de pęnis tẽper.*

5. sunt quædam crimina grauiora quæ minori pœna corriguntur, quam minus grauia vt est blasphemia quæ ratione obiecti est crimen enormissimum. minus tamen punitur quã homicidium quia respubl. considerat bonum politicũ & punit sontes grauiori pęna prout scelera magis reip. noxia sunt.

6. Aliqua permittuntur iure humano, quæ tñ sunt mala, D veluti sũt meretrices, fœnus, à patre occidi filiã cũ mœcho in flagranti crimine repertam: à marito mœchũ vilẽ interfici cũ vxore in flagrãti repertos & id genus. *D. Tho. 2. 2. q. 10. ar. 11.*

7. Differentia. In foro iudicij DEI semper redditur pęna pro quãtitate culpæ, nõ autẽ in foro humãno canon. vt docet. *D. Tho. quodl. 1. ar. 8. Rutil. Benzon. lib. 1. disp. 1. q. 8. ar. 5. pag. 158. vers. est autem hoc in loco.*

8. Consuetudo mala excusat à pœna tpali, non à diuina.

Quæ

Quæ tamen omnia & si quæ sunt similia permittuntur, ne maiora mala in ciuitates grassentur. Iure autem diuino omnia hæc puniuntur. *Abul.cap.1.deut.q.8. & cap.6. Iosue q.32. Card.Palæot.1.p.c.3.sui Archiep.& de Sacri Consistor. consulta. in conclus.membro primo Garzia de vlt.fi.§.84.85.86.* E

Ad quartum respond.controuersam esse maiorem.deinde fac sit vera, CHRISTVS noluit inter nos agens vti regia potestate & suprema dignitate, sed voluit delitescere argumento est sæpissime oblatam Regis dignitatem ab eo repudiatam fuisse. F

Ad quintum respond. licet fuisset etiam manifestum CHRISTO vt homini, non tamen debuit punire quia non præcedebat accusatio nec inuidia sceleris flagrabat reus. Et CHRISTVS prodidisset quæ erant occulta, hinc docuit nos, alterius delicta nō esse alijs patefacienda, sed quam maxime occultanda. Et licet buccella intincta proditorem indicauerit, tamen soli Ioanni illud signum secreto dedit, nec alij intellexerunt, *Io.13.c.cum omne 7.de cōsecr.dist.2*, fuit autem illa secreta reuelatio necessaria, vt postea constaret omnia quasi DEVM prænouisse, *Sot.in 4.d.12.quæst.2.ar.2. prope fin.* G

Ad sextū respond. non repugnare hæc loca, quia CHRISTVS aliquando perfectissimam paupertatem verbo & exemplo docuit, *de qua in d.c.exijt.*

Aliquando verò paupertatem minus rigidam exemplo suo demonstrauit tanquam communis omnium pater & doctor. sic conciliarunt loca illa quæ inter se contraria videbantur, *Illustrissimus Card.Bellarm.lib.4.de Rom.Pont.c.14.Card. de Turrecrem.lib.2.de Ecclesia c.112. in solutione ad decimum argumentum, Melchior Canus de locis Theol.lib.6.cap.8.ad.6. arg.Pegna ad direct.Inquisit.2.par.comment.42.q.17.pag.299. P.Grysal.u.Papa 28.ad 7.obiectionem.fusè Greg.Sayr. in Claui Regia lib.9.c.7.præsertim num.17.cum seqq.* H

Distinguantur igitur tempora, conuenient scripturæ *cap.si peccauerit 2.q.1.Nau.in cap.consideret.§.caueat.nu.2.de penit. dist.*

A *dist.2.Ripa resp.9.nu.16.de pact.to.2.* ex tempore enim, loco, & persona, & causa, regulæ canonum intelliguntur *cap. sciendum 29. dist.* & pro diuersitate locorum, temporum, & hominum scripturæ intelligendæ sunt, *c. necesse est.29.dist.*

Ad septimum CHRISTVS circuncisionem suscepit eo tempore, quo erat sub præcepto. & ideo sua actio in hoc est nobis imitanda, vt obseruemus ea, quæ sunt nostro tempore in præcepto quia vnicuiq; negocio est tempus & oportunitas vt dicitur *Eccl.8.D.Tho.3.p.q.37.ar.1.ad secundum.*

B Vel dicendum, quòd CHRISTVS omnibus operibus suis nos erudiuit: sed tamen non omnia fecit ad imitationem, sicut opera miraculosa & alia plura. Ratio autem quare CHRISTVS voluit circuncidi, fuit triplex. s. in fidei argumentum, humilitatis exemplum, & legis cõplementum. In fidei argumẽtum, quia de Iudæis erat secundum carnem: & propter ipsum spetialiter de illo genere nasciturum signãdum instituta est circũcisio. Ne ergo videretur dissimilis Patribus, & nõ ille esse, qui fuit promissus: & ne per hoc possent C Iudæi suum palliare errorem: ideo debuit circuncidi. secundo propter humilitatis exemplum, propter quod subiecit se legi, & omnibus legalibus, cum tamen sub nullo esset. tertio fuit circuncisus in legis complementum: vnde suscipiendo circuncisionem, impleuit legem: & implendo cessare fecit, quia legem non destruxit sed compleuit, dum veritatem significatam exhibuit. & hoc est, quod dicit Aug. cõtra Faustũ, quòd sacramenta veteris legis in aduentu CHRISTI impleta sunt, & ideo ablata quia impleta. & sic patet, quòd D CHRISTVS noluit, quòd alij imitarentur eum in hoc, sed qđ magis ex hoc erudirentur. *ex S. Bonau. in 4. sent. d. 3. p. 2. ar. 3 q. 1. ad 3. similia tradit D. Tho. opusc. 60. ar. 5.* De noua lege qđ sit perfectio & complementum veteris. *ita Paulinus.*

Lex antiqua nouam firmat, veterem noua complet,
In veteri spes est, in nouitate fides.

Ad octauum respond. ante nefas erat, quia erat superbia, iam verò post CHRISTI aduentum qui se humiliauit

vsque

vsque ad Crucem, est humilitatis signum, vnde decet fieri similes ipsi, & actiones nostras cum illius conformare. *Diez to.4. conc. prima Dominica 15. post Pentech.* Vnde dicit *Io. epist. prima cap. 3. cum apparuerit, similes ei erimus.* E

PERORATIO.

HÆC sunt, Bone IESV, quæ præuio tuo lumine perstrinxi de tuis sanctissimis moribus, præclarissimis gestis. fateor multo plura superesse. hancque eorum esse minimam partem. neque enim mundus caperet libros qui tuas dignissimas actiones continerent. idcirco paucis hisce contentus, Tibi in primis gratias quantas maximas animus meus capere potest, ago. qui me tanto honore dignari voluisti, vt hac scriptione exẽpla tuarum virtutum attingerem. Deinde ne obruar multitudine, amplitudineq; tuarum laudum mihi indico silentium, cum non detur terminus nec finis tuorum meritorum, quæ cum infinita, æternaque sint, non possunt claudi finita oratione. Hoc tamen pro coronide ausim à te petere vt quemadmodum decorasti nos tua imagine, ita velis, quæ est tua summa bonitas, similitudinem virtutum adiungere tua potentissima gratia vt imago similitudine perficiatur, tuique exemplaris norma dirigatur. F G

LAVS DEO.

H




LIBERTAS